

fulto beneficium conferri. Et ibi glos. querit, quid si consensus requiratur: quam vide, & Ioan. And. Petr. Anc. & Domi. ibi.

14 **¶** Octauo, quod voluit Ang. in l. adoptio. col. 2. **¶** de adopt. quod si ex consuetudine, vel ex priuilegio debeat ad electionem Prælati requiri consensus Regis, si Rex absens sit in remotis partibus, potest eo inconstituto procedi ad electionem. & idem voluit, Angelo tamen non citato, Rom. sing. 696. ex longæua, per d. c. 1. §. vl. ne fed. vacan. lib. 6. sed vide quid de hoc diximus supra, tit. 9. Consuetudinum Pictaue. rum, §. 4. in glo. 2.

15 **¶** Nono, licet non possit filiam dotem exigere sine consensu patris, per Authent. quod locum. C. de colla. potest tamen si pater est absens, vt voluerunt Pet. Cy. Bald. Ro. Corne. & Philip. Deci. & alij ibi. & Bart. in l. si constante. in prin. in 3. quæstio. 2. quæstio. principalis. **¶** sol. matr. de quo etiam text. est ad literam, quem tamen solus Alex. allegat, in d. l. filiusfam. verfi. sed puto si fortè, **¶** de procur.

16 **¶** Decimo, quod voluit Bart. in l. 1. §. si plures. colum. 4. verfi. quæro secundo, quid si ille. **¶** de exercit. quod si ille, cuius consilium debet requiri ad aliquem actum, sit absens, & fortè mora est periculum allatura: potest ille huiusmodi actus expediri, sine eius consilio. per d. l. si longius. **¶** de iudi. & alia similia, quæ allegat.

17 **¶** Vndecimo, quod pulchrè voluit Alua. & post eum Cardi. Alexand. in c. 1. col. vl. titulo, quid sit inuestitu. limitantes id quod dicit Bald. ibi, citandos esse Pares absentes, in casu illius text. vt videlicet procedat, nisi essent absentes in loco multum remoto, & longinquo adeo quod non possint actui adesse sine magna difficultate, arg. l. Prætor. §. vlt. & quod ibi not. per Doct. **¶** de vaca. muner.

18 **¶** Duodecimo, quod sing. consuluit Barb. consi. 61. à Ioue principium, col. 5. verfi. c. præterea posito, non tamen concessio, lib. 3. quod licet in alienatione rerum ecclesiæ requiratur consensus Episcopi, c. Abbatibus, & aliis multis. 12. q. 2. cum similibus: si tamen Episcopus sit in remotis partibus, potest sine consensu illius in casu aliis permisso fieri alienatio, per multa similia, quæ ibi allegat.

19 **¶** Ex his autem quæ diximus, præsertim numero 6. 7. in 3. locis. 9. ad fin. 12. 13. 17. 18. satis constat, tum demum absente marito vxorem posse contrahere sine illius consensu, si hæc interueniant, vt scilicet ipse maritus absit, & id quidem in longinquis & remotis partibus, & diutius sit absuturus, aut ignoratur vbinam terrarum degat, & fortè imminet necessitas contrahendi. Neque enim quælibet absentia, nisi sit huiusmodi, quam diximus, satis esset vt mulier licitè posset contrahere, vt clarissimè patet ex his quæ in dictis locis dicta sunt. Nec enim absesse videtur, qui prope est, aut statim rediturus est, vt constat ex multis quæ nos scripsimus in repetit. l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos, numero 176. quibus adde. Aliàs enim facilè fieret fraus huic consuetudini, si pro qualibet absentia liceret mulieri arripere occasionem contrahendi sine consensu viri.

20 **¶** Sed & tunc cum vir absit in remotis partibus, nec speratur proximè rediturus, si quis tunc rem suam agere velit, consulo, vt loco mariti absentis adhiberi faciat autoritatem iudicis, sicuti etiam in statuto requirente consensum consanguineorum, dicit Baldus, in dicta l. transactionem. in fine, & ibi post eum Paul. Castrenf. & Alciat. ar. l. bonorum. C. qui admit. ad bono. posses. & §. si verò absint. in Authent. de hæred. & Falcid. & sequitur Petr. Anchar. in repetitio. c. 1. in 14. q. quo loco supra citauimus, de constitut. & Rom. dicto consi. 36. visa disceptatione, & Paul. Castrenf. consi. 119. videtur dicendum super primò, in 2. dubio, lib. 2. & Alcia. in lib. 1. de verb. signi. chart. 11.

¶ Et

21 **¶** Et hoc confirmatur per id, quod in simili dicimus, quod cum Abbas, aut alius quiuis Prælati, non possit rem ecclesiasticam alienare sine consensu conuentus, siue capituli, per totum, extrà de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu. capit. certè si aliquis Prælati conuentum non habeat, aut capitulum, debet adhibere Prælati superioris consensum: vt est text. ad literam in Clement. 1. de reb. eccles. non alien. Ex quo videtur non bene dixisse glos. in c. potuit. in glos. magna, post medium, extrà de loca. quæ concedit potestatem soli rectori, non habenti capitulum, quantam habet Prælati cum capitulo, quod ad alienationem rerum ecclesiæ. Quam tamen sequuntur Anto. Imol. & Panor. in c. edoceri, extrà de rescript. sed ibi videas omnino Feli. col. 9. verfi. etiam in aliis.

Abbas non habens cap. debet adhibere auto. superioris.

22 **¶** Et quod voluit glos. notab. in c. si qua de rebus. 12. quæstio. 2. quod cum in alienatione rerum ecclesiasticarum debeat accedere consensus Episcopi, vt supra diximus, si Episcopus absit, & imminet necessitas, requirenda est autoritas superioris, ar. d. l. bonorum. C. qui admit. quam glossam sequitur, & commendat Rom. d. consi. 36. in repe. d. l. si verò. §. de viro. in 28. limitati. verfi. decimo. **¶** sol. matr. & Barb. consi. 61. à Ioue principium, col. 2. lib. 3. & est similis gloss. quam illi non allegant, in d. c. 1. in verbo, sede vacante, post princ. extrà, ne sede vacante, & ibi Doct.

Episcopo absente adhiberi debet autor. superioris.

23 **¶** Facit item, quod voluit Antistes ille nostrorū interpretū Bart. & alij post eum in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. **¶** sol. matr. quod iudex supplet, quando is qui debet consentire, sine iusta causa contradicit: de quo postea latè dicemus infra, in 15. quæstio. huius glossi. vbi omnino videas.

Iudex supplet contradictionem eius, qui debet consentire.

24 **¶** Et quod etiam dicit Rom. in l. si quis mihi bona. §. pater filio. **¶** de acquir. hæred. quod in statuto requirente consensum propinquorum, si non sunt consanguinei, aut sunt inhabiles, tutius est, iudicis interponere autoritatem. & latè Corne. consi. 243. circa primum. col. 3. verfi. dicit autem, lib. 4. vbi & ad hoc allegat text. in l. profectitia. **¶** de iure doti. & in l. si infanti. in fi. C. de iure deliber. de qua etiam latè dicemus infra in 7. quæstio.

Consanguineorum inhabilitati, aut non existentium consensum supplet iudex.

25 **¶** Nota tamen, quod nullus illorum, quos supra citauimus, necessariò dicit exigi autoritatem iudicis loco absentis mariti, vel consanguinei: quin sentiunt contrarium, dum consulunt (vt diximus) veluti ad tollendum omnem scrupulum, vt id fiat. Et bene facit, quod infra dicemus in 3. q. vbi de furioso sciscitabimur, & quod item dicemus in d. 7. q. de vxore, quæ non habet maritum, quia qui absit, perinde est, ac si non esset, per text. in l. 1. §. & quidem. **¶** de quod cuiusq; vniuersi: & ita statutū debet intelligi, ar. l. 4. §. tories. **¶** de damn. infect. & ita expressè voluit Paul. Castr. in d. l. si cum decem. §. si potest. post princ. **¶** sol. matr.

Sed an necesse sit interponi.

26 **¶** Quanquam videretur necessariò exigi autoritatem iudicis, loco mariti absentis, sicuti in simili dicimus, quod iudex interponit autoritatem loco tutoris, vel curatoris. l. bonorum. C. qui admit. & l. si infanti. in fi. C. de iure deliber. Ex quo etiam dicit gloss. in dicto c. si qua de rebus. 12. quæstio. 2. quod iudex supplet defectum Prælati ecclesiæ, quam sequitur Angel. in d. l. bonorum. & Roma. qui eam solennem dicit, in l. 1. colum. penult. verfi. vterius circa materiam. C. vnde vir & vxor. vbi & ex hoc dicit in casu statuti requirentis consensum propinquorum in contractibus minorum, iudicem debere autoritatem interponere, nullis existentibus propinquis. Et ad hoc quoque allegat gloss. vlti. in l. si furiosi. C. de nupt. & in l. profectitia. circa princ. **¶** de iure dot. & in Clem. 1. de reb. eccles. non alien.

Iudex interponit autoritatem loco tutoris.

27 **¶** Sed & idem in casu eiusdem statuti, dicit Paul. Castrenf. consi. 124. in causa quæ vertitur in 2. dubio, libro primo, per not. in l. si curatorem. C. de in integr. restitut. & alia iura, quæ allegat. Id quod etiam voluit consi. 119. videtur dicendum super pri-

De istem rebus.

mo, in 2. dubio, lib. 2. Idem autem in dicta l. r. circa medium. C. vnde vir & vxor, dicit, quod iudex loco confanguineorum alios bonos viros subrogabit: & vtrouique id dicit voluisse Bal. in d. l. transactionem. qui tamen nihil aliud voluit, quam quod supra ex eo diximus. Sed & posteriori loco adducit Bald. in l. eum sententiam, ad fi. C. de sent. vbi dicit, quod si ex statuto debeant sententis criminalibus adesse duo priores: si absint, vel nolint interesse, debent eorum loco subrogari duo alij viri publica autoritate fungentes, ar. l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testam. fac. poss. & d. §. si verò absint, in Authen. de hære. & Falcid. Sed & quod in hoc casu necessariò requiratur iudicis autoritas, videtur voluisse Roma. in l. r. C. vnde vir & vxor. & Cepol. cautel. 237. vt vxor possit, & ante hos non obscurè Bald. in c. r. col. vlt. tit. de consuet. rec. feud.

28 **S**ed tamen attende, quia id quod primo loco adduximus, iudicem supplere absentiam tutorum, nihil hinc videtur obesse, quoniam tutoris & curatoris constitutio ad iudicem pertinet. Ideò illorum defectum & absentiam iudex facilius potest supplere, quam mariti, vt in simili casu voluit Alexander, consil. 206. ponderatis verbis testamenti, in fi. lib. 6. & probatur per id, quod habetur in l. r. §. idem Pomponius. cum ibi not. per Doct. D. quod fal. tut. & per not. per Cy. in l. licet. C. de procur. & ibi Bart. col. vlt. dum allegat d. §. idem Pomponius. Sed vide in hac q. quid dicam infra in 3. q. num. 32. & iterum in 4. q. in fi.

29 **S**ED HIC secundò quæro, quid si vxor reperitur contraxisse sine autoritate mariti, dubiumque est an maritus tempore contractus fuerit absens, nec ne, dicente eo, qui cum muliere contraxit, eum absentè fuisse, vt proinde valeat cõtractus, contrarium dicente marito: an in dubio præsumatur absentia, vel presentia ipsius? Specul. in ti. de actore. §. i. ver. sed quid si iste est alienigena, tenet in casu l. vlt. §. necessitate. C. de bon. que liber. vbi filius non potest agere sine consensu patris, quod si dubitatur vtrum pater fuerit in ciuitate præsens, quando filius egit sine cõsensu illius, an absens, in dubio præsumi fuisse absentem, vt iudicium valeat. Et idem ex autoritate Marti. Fan. tacito nomine Specul. voluit Alberi. in vlti. parte statutorum, q. 84. sed quid si minor, paulò ante fi. per tex. in l. optimam. C. de contra. & commit. stipul. & ar. l. si ideo. C. de his qui. vt indig. & Alexan. qui nuncupatim citat Specul. consil. 80. vifis. col. vlt. lib. 5. vbi id trahit ad statutum requirens consensum duorum propinquorum in contractu minorum, & consil. 92. vifo & opportunè, in fi. eo. lib. 5. & Feli. in c. quoniam. in prin. col. vlt. ext. vt lit. penden.

30 **S**ed tu tamen dic contrarium per id quod dicit Bart. in l. is potest. D. de acqui. hæred. quòd in dubio quis præsumitur esse præsens in loco, vbi habitat, vel habet domicilium, nisi probetur absentia. c. cum in tua. extra qui mar. accu. pos. quod dictum sequitur Imo. ibi, & Alex. sibi cõtrarius, col. 5. vers. ponderada sunt, qui ad hoc allegat bonum tex. vt ipse dicit in l. cum quidam. la grande, in fi. D. de lega. 2. & ibi quoque Franc. Are. col. 8. versic. quartò adde. vbi & rationem adducit ex argumento à communiter accidentibus, quod valet de iure. l. certi conditio. §. quoniam. D. si cert. per. Contingit enim communiter, quòd qui habet domicilium in loco, frequèntiùs ibi habitat, & est præsens, quam alibi. Et idem Franc. Are. consil. 102. in causa & quæstione, col. 6. num. 7. in prin. Sed & idem quoque voluit Alex. ipse, reputans notab. consil. 130. ponderatis his quæ in superiore, col. 2. lib. 6. & Soci. consil. 121. vifa cõtingentia facti, in princip. vbi & de hoc dicit esse bonum tex. in d. l. cum quidam. & Corne. consil. 50. in causa vertente, col. vlt. lib. 2. & consil. 151. videtur in hac consultatione, col. 2. versic. præterea cuius, & iterum col. vlt. versic. tamen quod valeat, lib. 4. vbi loquens in statuto disponente, quòd adultus non possit cõtrahere sine consensu duorum propinquorum, dicit, quòd propinquus cuius loci contractus præsumitur fuisse in loco, dum contractus celebraretur, nisi contrarium probetur, per id quod dicit Bart. in d. l. is potest, quod dicit not.

¶ Bald

31 **B**aldus autem in d. l. vlti. §. necessitate. in fin. postquam adduxit Specul. in d. cit. de actore, subdit, ego dico quòd ibi debet fieri rimario, aliàs imputer sibi actor: tanquam scilicet nec presentia, nec absentia præsumatur, sed semper incumbat actori onus probandi. Id quòd facillè crediderim, si non constet de domicilio, aut habitatione eius qui debuit consensum adhibere, per id quod voluerunt Iac. Bur. in l. vlti. C. de long. temp. præscri. Bal. & Ang. in l. præscriptione. C. qui. non ob. long. tempo. præscrip. quòd qui allegat præscriptionem longi temporis 10. annorum, debet probare presentiam eius, contra quæ præscripsit, aliàs non obtineret, nisi probaret illius possessionem 20. annorum. Tamen vt dicit Corne. d. con. 50. satis est quòd probet illius esse eiusdem ciuitatis, vt presentia illius hinc præsumatur, ex sententia Bal. & Ang. in l. emptor. C. de long. temp. præscri. An autem & quando aliàs presentia aut absentia præsumatur, vide per Bal. & Angel. in l. r. & iterum in l. optimam. C. de contrah. & commit. stipula. Pau. Cast. in l. illud. versic. vltimò allegatur. C. de sacro. eccle. & in l. Titia. §. idem respondit, le 2. ad fi. D. de verbo. oblig. & omnino Feli. in cap. tenor. col. 2. versic. ad illud de inuestitura, extra de re iudi. & quos ibi allegat. & Fran. Balb. in tracta. præscrip. in 4. parte princi. in 3. quæstio.

32 **TERTIO QVAERO**, Quid si maritus sit furiosus, an vxor poterit cõtrahere liberè? In qua quæstione nõ adeò necessarium videtur longius immorari, cum idem videatur dicendum, quod in prima quæstione, cum furiosus sit loco absentis. l. 2. §. furiosus. D. de iure codicil. cum concord. alibi à me adductis. Quia tamen & nostri legum interpretes, nuncupatim hanc rem tractauerunt, pauca ex illis dicenda putauimus. Bal. in l. si furiosus. post prin. C. de nup. dicit per illum tex. quòd stante statuto, quòd filius non possit cõtrahere sine consensu patris, si pater est furiosus, est adhibenda autoritas iudicis, quæ consensum patris suppleat. Et illum nuncupatim sequitur Roma. in l. cum hæres. col. 2. versic. & inducitur. D. de acqui. hære. Idem quoque Bal. in l. filiusfa. D. de soluti. dicit per tex. ibi, quòd stante statuto, ne mulier cõtrahat sine consensu confanguinei proximioris, si is proximior sit furiosus, requiritur consensus curatoris illius.

33 **S**ed idem Bal. in l. cum hæres. D. de acqui. hære. dicit per illum tex. quòd tunc filius poterit cõtrahere liberè. & ibi Angel. Imo. & Fran. Are. etiam loquentes in statuto requirente consensum mariti, vt facit hæc nostra consuetudo: aut propinquorum, idque per illum tex. qui ad hoc est optimus. Et Ro. sibi contrarius, in l. si quis mihi bona. §. pater filio. D. de acqui. hære. & Alex. in l. 2. §. voluntatem. col. 2. versic. vnde inferitur, & ibi etiam Fran. Ripa. col. 2. versic. istum tex. D. solu. matri. vbi responderet ad d. l. si furiosus. & Carol. Ruin. consil. 145. circa primum. col. 2. versic. & alia ratione, lib. 1. Et bene facit, quòd cum de iure Ciuili requiratur consensus patris in matrimonio, per l. 2. D. de ritu nup. non tamen requiritur, si pater sit furiosus, per l. si nepos. eo. titu. & l. tam dementis. C. de Epif. audi. & d. l. si furiosus. & Insti. de nup. in prin.

34 **E**t similiter filiusfa. iniuriam passus, patre furioso, ipse per se poterit iniuriarum agere. l. sed si vnus. §. filiofa. D. de iniuri. quæ reddit illam, quam diximus, ratione, quia hinc pater eius loco absentis est. Et ex aliis quoque videmus filiumfa. habentem patrem furiosum, perinde haberi, ac si ipse paterfa. esset. Ideòque posse eum hereditatem, in qua institutus est, adire sine patris iussu. d. l. cum hæres. D. de acqui. hæred. vbi Bar. dicit illù tex. esse sing. & ex hoc colligit Bal. ibi arg. quòd filius, cui pater est furiosus, potest accipere mutuo pecunias, nec habet locū S. C. Macedoni. Sed id reprehendit Raph. Co. & Fran. Are. ibi multis rationibus, quas apud eos videre poteris. At tu in hac nostra quæstione vide, quæ dicā in seq. quæst. in fi. & quæ diximus in prima quæstione. Ex quibus intelliges, an loco huius mariti furiosi autoritas iudicis interponi, aut alij subrogari debeāt, de quo & aliquid diximus, versic. r. huius quæsti.

35 **QVARTO, QUID** si maritus sit bannitus: certè idem dicendum est, quod

De eadem re.

Quid si uir sit furiosus.

De eadem re.

De eadem re. Filius patris furiosi, potest per se iniuri agere. Et hereditatē adire.

An & mutuo accipere.

Quid si mari-

ius sit bannitus. & in absente diximus. Is enim verè abest. Et propterea potest filius sine cōsensu patris banniti dotē exigere, vt est tex. in d.l. si cūm dotē. §. si patri. & rursum in l. in insulam. in prin. *D.* sol. mar. per quos tex. dicit Alb. in vl. parte Trac. Statutorū, q. 84. sed quid si minor, col. vlt. quod filiusfa. potest esse in iudicio sine cōsensu patris banniti. Et est etiam bonus tex. in l. vl. C. de sen. pas. ybi valet, quod facit filius patre deportato, sine consensu illius, qui aliās requireretur, nec retractatur patre postea reuocato.

36 *De eadem re.* ¶ Et in simili cōsultuit Bal. con. 201. in prouincia Anconitana, li. r. quod si ex statuto minor non potest contrahere sine præsencia, aut cōsensu duorū ex proximioribus, non requiritur præsencia aut consensus banniti proximioris, quia qui nō potest interesse intra territorium ius dicentis, citari non debet, per gl. ordi. in l. hęc autem. §. 1. & l. 2. *D.* ex qui. cau. in poss. eat. & probatur, vt dicit expressè in l. obseruare. C. de decuri. lib. 10. & facit l. si longius. §. vlt. *D.* de iudi. & Auth. quod locum. C. de collat. & no. in l. vlti. §. necessitate. C. de bo. quæ libe. Item iudex supplet locum absentis. l. si infanti. §. vlt. C. de iure delibe. Nam illius absentia Dei præsencia suppletur. l. propterandum. §. sin autem. C. de iudi. & l. bonorum. C. qui admit. ad bon. poss. & l. tam dementis. C. de Epi. audi. & l. profectitia, in principio, *D.* de iure doti.

37 *De eadem re.* ¶ Hęc Bal. qui & ipse in non dissimili casu scribit consi. 399. statuto ciuitatis Afsisij, lib. 3. quod si statuto caueatur, quod nulla mulier cōsatis condere testamentum sine præsencia filij, si quem habeat, & mulier habeat filium bannitum, potest absente illo testamentum condere. Nam p̄inde est, quo ad hoc, ac si non esset in rerum natura. l. r. in fi. *D.* de bo. poss. contra tab. & l. si necem. §. si deportatus. *D.* de bon. libert. & l. Gallus. §. & quid si tantum. *D.* de libe. & posthum. & facit etiam ad prædicta tex. in l. sed Iulianus. §. sed & si filiusfa. *D.* ad Maced.

38 *De eadem re.* ¶ Ex quibus videtur, malè alibi consuluisse eundem Bal. videlicet consi. 54. statuto terræ Nursia, lib. 5. quod si statuto caueatur, vt nullus cōtrahat matrimonium cum muliere non habente patrem, vel matrem, sine consensu fratris: & mulier habet fratrem bannitū, eius consensus requiritur, quem poterit præstare per literas, nuntium vel procuratorem, per multa quę illic allegat, vt probet bannitum retinere ea, quæ sunt naturalia, videlicet affectionem, quam considerasse videtur statutum. In quo Bal. (pace tati viri dixerim) nō mediocriter aberrauit, vt qui dixerit cōtra tot iura, non requirerentia consensum absentium, nulla affectionis naturalis habita ratione.

39 *Consensus domini banniti requiritur in alienatione feudi.* ¶ Sed contra suprā dicta facere videtur, quod voluit glo. no. in c. i. in gl. r. ti. hic finit tex. quod vasallus in alienatione feudi, tenetur requirere cōsensum domini banniti. Quæ gl. sequitur An. Iser. Iac. Bal. Aluar. Marti. Laud. & Car. Alex. ibi & Frā. Cur. In nior in tractatu feudo. 4. parte princ. char. totius operis 45. vers. vigesimo septimò quæro. nā & apud bannitum stat autoritas & facultas cōsentiedi. l. ex facto. §. ex facto. *D.* ad S. C. Trebel. Et potest adhibere consensum suum per procuratorē. l. Papinianus. *D.* de minori. quos tex. ad hoc expendit, & allegat Bal. d. con. 201. col. 1. lib. r.

40 *De eadem re.* ¶ Verūm quod de domino bannito dictū est, nihil hic obesse videtur, quia hic domini consensus in re sua, quam & vasallo ea lege cōcessisse videtur, interponendus est, nec propter bannum dominus sua iura amittit, vt etiam dicit ipse Bal. in d. c. r. & est bonus tex. in §. quin verò. in Auth. vt nulli iudi. hęc verò loquimur de consensu superioris in re non sua, nec propter suum præiudicium requisito. Ex quo videtur, quod cūm ex nostra consuetudine, maritus debeat consentire, non solum propter fragilitatē mulieris, sed & quia ipsius interest, quippe qui suos faciat fructus rerum omnium vxoris, vt suprā latè diximus in glo. 6. numero 37. restat igitur, & seq. vs. que ad fi. non possit vxor mariti banniti, aut absentis, aut furiosi liberè de suis rebus disponere, in præiudicium mariti, qui ius in illis habet. Ideò cogita. Sed quod dictum est, hunc consensum posse præstari per procuratorem, an id sit verum, latè tracta

tractauimus suprā in d. glo. 6. in 4. q. quæ est in num. 20. & multis seq. Quod autem diximus ex eodem Bald. iudicem supplere locum absentis, vide etiam, quæ diximus suprā, in hac eadem glo. in 1. q.

41 *Quid si maritus sit minor.* ¶ QUINTO QVAERO, Quid si maritus est minor? Bald. in l. in coniunctione. in fin. C. de nupt. dicit, quod stante statuto, quod non possit contrahere mulier sine consensu duorum consanguineorum, & mulier non habeat cōsanguineos maiores, sed tantum minores, prudentes tamen, & capaces consilij: poterit contrahere cum consensu illorum, & erit satisfactum statuto, cūm non distinguitur circa ætatem, ar. l. si pater. in fin. *D.* de manu. vindic. & sequitur Pet. An. in repet. c. i. in 14. q. princ. vers. postremò circa hoc quærit, qui est in char. 6. r. in paruis, extrā de constitutio. & Alciat. in l. transactionem. C. de transac.

42 *De eadem re.* ¶ Et facit, quod alibi voluit idem Bald. in l. si vt proponis. C. de ser. pig. dat. manu. quod in casu illius l. qua cauetur seruum pignori specialiter obligatum, posse manumitti consentiente creditore, potest ipse creditor, etiam minor 20. annis consentire, & valebit manumissio ea ratione, quod qui consentit, non facit, sed tantum non impedit, per d. l. si pater. §. vlti. vbi est text. formalis. Multum enim refert, an consentiens sit dominus: & tunc consentiens propriè facit. l. si fundus. §. si nesciente. *D.* de pigno. an non sit dominus: & tunc non facit, sed non impedit, id est, vt ipse Bald. dicit, quandam obstantiam tollit.

43 *De eadem re.* ¶ Verūm Bened. Plumb. in l. 2. co. 1. *D.* de manu. vindic. hanc rem paulò latius tractat. Nam hinc occasione sumpta, quod per illum text. potest minor an. 20. libertati ferui, cuius fructuarius est, consentire, licet tamen ipse manumittere non possit, quærit in casu statuti requirentis consensum consanguineorum propinquorum in contractu mulieris, an possit proximior consanguineus minor consentire. Et primum dicit videri, quod sic, per illum text. & alia, quæ ipse allegat. Et ita dicit consuluisse Fran. Pis. & alium quendam Doct. Postea dicit in contrarium videri, quia idè consensus propinquorum requiritur, vt illorum consilium suppleat contractus defectum. Item quia paria sunt, non esse, & inhabile esse. l. quoties. *D.* qui fatid. cog. & propterea huiusmodi statutum, debet intelligi de habilibus, & idoneis ad supplendum suo ipsorum consilio contrahentis defectum: vt etiam in simili voluit Bart. in l. si tertius. ad fin. *D.* de aqua pluui. arc. Tandem distinguit Bened. Plumb. Nam aut statutum requirit consilium: & tunc non includitur minor, quia debet tale statutum refringi ad idoneos. l. vt gradatim. §. & si lege. *D.* de mun. & hono. & no. in l. r. C. de sacro. ecclef. & proinde ad habentes consilium & animo & ætate, per l. vlti. ad fin. *D.* qui per. tut. & idè minor carens consilio, non includitur. l. r. *D.* de mino. & l. si minor. *D.* de ser. expor. & l. vlt. *D.* de manu. vindic. Aut statutum requirit consensum: & tunc quoque distinguendum est. Nam aut ex tenore statuti apparet requiri consensum, propter defectum iurium contrahentis, in præiudicium consentientis: puta in statuto, quod consors non potest alienare partem suam sine consensu consortis, aliàs possit eam reuocare: & tunc persona minoris includitur, per text. vt ipse dicit no. in c. constitutus. extrā de in integ. restit. Aut propter defectum personæ contrahentis, requiritur consensus alterius ad eam habilitandam: vt in casu per eum proposito, videlicet in statuto requirente consensum propinquorum: & tunc non includitur minor: quia statutum de consensu minoris non videtur cogitasse: quia debet intelligi de pleno consensu, non defectiuo, vt ipse loquitur. l. cūm filio. *D.* de lega. 3. & l. quanquam. *D.* de rit. nupt. non potest autem minor supplere defectum alterius. l. vlti. C. de legi. tur. Nam qui in se deficit, non potest alienum supplere defectum. l. filium habeo. *D.* ad Macedo. Alioquin si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. c. quæ ipfis. 38. di. Et de hoc videtur casus expressus in l. spurij. §. r. *D.* de Decur. iuncta l. pupillus. §. decuriones. *D.* de verb. obli. Hęc fermè Bened. Plumb.

44 ¶ Sed Pau. Cast. in d.l. si cum dotem. §. si patri, col. 1. d. solut. matri. ita de hoc loquitur, ut velle videatur non requiri consensum minoris: postquam mulierem, si nullos habeat consanguineos maiores, liberè & sine solennitate statuti contrahere. & ad hoc allegat Bald. in l. 1. col. vlti. C. qui admit. vbi hoc non dicit, sed illud, videlicet primùm videri huiusmodi statutum etiam intelligi de pupillo consanguineo: quia suffragio tutorum poterit interesse. l. diem proferre. §. coram. d. de arbit. Postea dicit contrarium videri, quòd debeant consanguinei esse legitima ætatis, ar. d. l. vlt. C. de legi. tut. vel quòd saltem sint adulti. Nam cum eorum presentia requiritur, redacti sunt instar testium: ergo impuberes repelluntur propter lubricum consilium. l. 3. §. lege Iulia. d. de testib.

45 ¶ Et hoc videtur sequi Rom. in l. si quis mihi bona. §. pater filio. d. de acquir. hare. cum dicit huiusmodi statutum requirens consensum consanguineorum, intelligi, si sunt consanguinei habiles, per no. per Bald. in d. l. 1. in fi. C. qui admit. & post Ro. ipsum Corne. conf. 2. 4. 1. de duobus queritur, col. 3. vers. & huiusmodi statuta, lib. 2. & conf. 2. 4. 2. circa queritum, col. 2. vers. sed si non habuisset, lib. 4. & Io. Bapt. in repet. l. omnes populi. char. 6. 0. in paruis, vers. 2. 9. d. de iusti. & iure. Et idem sanè videtur voluisse Ange. conf. 333. statuto Tudertino, ut videlicet si consanguineus sit minor 14. annis, non possit huiusmodi consensum præstare.

46 ¶ Sed & Bald. ipse in l. de pupillo. in princ. quem sequitur Iason ibi, col. 1. d. de ope. no. nunti. dicit & hoc casu pupillum consanguineum non posse interuenire cum autoritate tutoris, tum per illum textum, tum etiam quia autoritas præstaretur ad id, quòd non est in patrimonio, & administratione personæ, nec bonorum pupilli, videlicet ad consensum alteri præstandum: ergo nihil autoritas facere potest, per l. vlt. d. de cura. furi. & l. seruus furiosus. d. de manu. & not. Bart. in d. l. de pupillo. quòd Bald. ibi reputat bene notandum. Et sequitur etiam Franc. Areti. in l. cum hæres. col. 1. d. de acquir. hare. Et idem videtur voluisse Ang. in l. 1. §. & quidem. d. quòd cuiusq; vniver. dum dicit per illum tex. quòd in casu huius statuti. si mulier non habeat consanguineum, nisi vnum pupillum, poterit liberè contrahere, eo non requisito, aut consentiente.

47 ¶ At idem Bal. in d. l. in coniunctione. in fi. omnino. C. de nupt. sentit & hoc casu posse pupillum consentire cum tutoris autoritate. Nam loquens de huiusmodi statuto, post ea quæ supra in princ. huius quæsti. ex eo retulimus, Quid (inquit) si consanguinei sunt pupilli? videtur quòd eorum consensus non valeat sine autoritate tutoris, quia nec dicuntur presentes, per d. l. diem proferre. §. sed coram. & ar. l. 1. in fi. C. de fal. mo. Hæc ille, quem sequitur etiam Pet. Anca. in repet. d. c. 1. de constit. quo loco supra in princ. citauimus, vbi & ad hoc alleg. no. in simili, in c. ex eo. de elec. lib. 6. Verùm Franc. Areti. in l. quamuis, in princ. d. de acquir. poss. ita Bald. vbi supra, allegat, tanquam si dixisset simpliciter, consanguineos pupillos non comprehendendi in statuto requirente consensum consanguineorum in contractibus mulierum.

48 ¶ Adde his, quæ ex aliis diximus, & id quoque posse dici, quòd autoritas mariti aut requiritur ad integrandam (ut loquimur) personam vxoris: aut ob id, quòd in eo vertitur commodum, vel incommodum mariti administratoris bonorum vxoris, & quorum fructus facit suos, ex consuetudine propè generali Franciæ, de quo nos disputauimus supra in glo. 6. in verbo, *consentement*, in vlt. quæst. Si igitur primum, quomodo poterit autoritatem alteri præstare, qui ipse autoritate indiget? d. l. vltim. C. de legi. tutel. & facit l. filium. d. ad S. C. Maced. vbi filij consensus in mutuo factò nepoti, non tollit S. C. cum & ipse in ea causa sit, ut mutuum pecuniam inuito patre accipere non possit, & ibi concord. in glo. Si secundum, certum etiam est, maritum minorem non posse sine decreto in rebus immobilibus contrahere, per totum tit. C. de prædi. mi. & d. de reb. eor. Ex quibus, iunctis iis, quæ diximus in præc

in præced. quæst. & quæ item dicemus in seq. quæsti. facile poteris colligere quid in hac quæst. sit dicendum.

49 ¶ SECTO QVAERO, Quid è diuerso si mulier sit minor 25. annorum, Si uxor sit minor, an sufficiet autoritas uiri maioris. nunquid venditio, quam facit de re immobili, cum consensu mariti maioris 25. annis sine decreto iudicis valeat? Breuiter dic, quòd non. Neque enim solennitatem statuti interuenisse, nisi & ea, quæ à iure communi statuta est, intercedat, à quo quidem iure communi debet statutum suppleri, ar. l. 4. §. si quis condemnatus. versic. sed si quidem. d. de re iudi. nam hoc statutum non est conditum ad tollendam iuris communis solennitatem, sed ad ipsam augendam, cum aliquid præter illud requiratur. Ideò non debet operari contrariū effectum. l. cum tale. §. falsam. d. de condi. & demon. Et ita in simili casu, videlicet in statuto requirente consensum duorum propinquorum in contractibus minorum, consuluit Pau. Cast. conf. 106. incipiendo à secundo, col. 1. lib. 2.

50 ¶ SEPTIMO QVAERO, Si statutum dicat simpliciter, quòd mulier non possit contrahere sine consensu mariti, nulla distinctione facta, an sit maritata, nec ne, quid dicendum de muliere non maritata? Nam si de nupta, siue maritata nuncupatim loquitur, (ut facit nostra consuetudo) haud dubiè non obtinebit in non nupta, ut expressè voluit Ange. conf. 318. dictus punctus est dubius, in princ. Igitur cum de muliere simpliciter loquitur, videtur quòd nullo modo possit contrahere, ut quæ non habet maritum, qui consentiat: nec statutum distinguit, sed generaliter loquitur: ergo generaliter est intelligendum, per l. in fraudem. §. vlti. d. de milit. testa. & l. 1. §. generaliter. d. de lega. præstan. & ibi concord. in glo. Et hanc sententiam fulcit, quòd olim legibus & Græcorum & Romanorum mulieres omnes sub tutela erant, vel parentum, vel fratrum, vel virorum, vel aliorum, ut patet ex iis quæ diximus supra in prima lege connubiali, numero 72. incip. quod ex veterum, & iterum in princ. huius glossæ.

51 ¶ Tu tamen dic contrarium. Nam cum maritum non habeat, nec proindè possit seruari statutum, seruari debet ius commune, sicut in statuto requirente consilium proximorum, in contractibus mulierum vel minorum, ut scilicet si non habeant proximios, possint liberè contrahere, ut voluerunt Bald. Angel. Raph. & Alexand. in l. turpia. §. si Titia. d. de leg. 1. Bald. in l. 1. post prin. & ibi Saly. Roma. col. pe. vers. vltiùs circa. Corne. & alij recentiores. C. vnde vir & vxor. Idem Bald. in l. cum hæres, per illum text. d. de acquir. hare. Raph. Co. in l. 4. §. toties. per illum text. d. de dam. sulcit. Ro. in d. l. si quis mihi bona. §. pater filio. d. de acquir. hare. & conf. 36. visa disceptatione. Paul. Cast. conf. 124. in causa quæ vertitur in 2. dubio, lib. 1. vbi plus dicit, quòd qui impugnat contractum factum à minore sine consensu duorum consanguineorum, qui ex statuto requirebatur, non solum debet probare illum fuisse minorem, sed & tempore contractus habuisse consanguineos: & Corne. conf. 241. de duobus, col. 3. vers. & huiusmodi statuto, lib. 2. & conf. 131. in hac consultatione, col. 2. vers. solum autem vertitur, lib. 4. & d. conf. 242. col. 2. eo. lib. 4. Barb. conf. 20. bene etenim, col. 4. vers. præterea est etiam, lib. 3. & conf. 61. à Ioue, col. antepen. eo. lib. 3. & conf. 72. magnanimus, col. 2. lib. 4. & in tract. de præstan. Card. in l. q. 1. partis, col. 7. vers. statuto cauetur, sub num. 3. & in Cle. vlt. vers. penultimo, in glo. in verbo, statuius, de rescrip. Alex. conf. 206. ponderatis verbis testamenti, col. vlti. lib. 6. Alciat. in l. transactionem. C. de transac.

52 ¶ Et propterea etiam subdit ipse Bald. in d. l. 1. C. vnde vir & vxor, ad ea quæ supra ex eo diximus, quòd si vnus solum minoris consanguineus est, satis est illius consensus, licet statutum plurius requiratur. Quod & sequuntur Pau. Cast. Alex. & recentiores ibi. & idem Pau. Cast. in l. si cum dotem. §. si patri. d. solut. matrim. & in l. si tertius. §. 1. d. de aqua pluui. ar. & Feli. in c. propofuisti. in 3. limitatione 2. conclusionis,

fionis, extrà de probat. & in c. quoties. in 3. no. de testib. Iason in l. Stichum qui meus erit. col. vlti. versi. tertio adde. *D. de lega. 1.*

53 *De eadem re.* ¶ Et simile voluit idem Bald. in d. l. in coniunctione. C. de nupt. quòd si statutum requirit consensum matris, & duorum propinquorum, matre mortua sufficit consensus duorum propinquorum. Debet enim intelligi statutum requirens consensum matris, si mater uiuat. Et si statutum requirat consensum duorum consanguineorum ex parte patris, si quos habeat, alioquin ex parte matris, & sit vnus tantum ex parte patris, & vnus etiam tantum ex parte matris, sufficit illorum consensus adhibere. Et vtrunque sequitur Petrus Ancharanus in repet. d. ca. 1. in 14. quaestione, versi. circa hoc in simili quaerit, & versi. seq. de constit. Et prius etiam sequitur Io. Bapt. in repet. l. omnes populi. char. 60. in paruis. versi. vicefimo octauo. *D. de iusti. & iure.* Et posteriùs etiam voluit Bart. conf. 10. viso statuto communis, & ibi Ber. Land. in addi. & idem Bart. in d. l. Stichum qui meus erit. col. vlt. versi. secundo facit. *D. de legat. 1.* Quem sequuntur Bald. ipse Ange. Fran. Aret. Alexand. Iason, & omnes ibi. & Panor. in d. c. quoties. in 4. notat. & ibi Fran. Aret. etiam 4. not. & Feli. in 3. nota. de testib. & Alex. conf. 109. super prima consultatione, col. 3. lib. 7.

54 *De eadem re.* ¶ Priori autem, quod de matre mortua dicit Bald. simile est, quod post Vber. Bob. scribit Alberi. Rosa. in 2. parte statutorum, qu. 1. 9. quid si statuto, quòd stante statuto, quòd filij non ludant sine licentia patris, poterunt patre mortuo ludere, allegat l. 4. *D. loca. & in c. si gratis. de rescri. lib. 6. & vtrouique notata.*

55 *De eadem re.* ¶ Accedit & suprà dictis, quod voluit glo. notabi. in l. de pupillo. in princ. in verbo, rata habebitur. *D. de ope. no. nunti.* quòd pupillus carens tutore & iudice, potest solus nuntiare nouum opus, ar. l. bonorum. C. qui admit. Ex qua gloss. dicit Ro. ibi ampliari d. l. bonorum. & l. si in infanti. in fi. C. de iure delib. quibus cauetur posse pupilum non habentem tutorem cum iudice, sine autoritate tutoris agnoscere bonorum possessionem, & adire hereditatem: vt videlicet si pupillus careat tutore & etiam iudice, possit solus sine tutore & iudice id facere: & ad hoc dicit illam glossam esse fing. & à se solo ponderatam. Verum Bart. & omnes ibi illam glo. reprehendunt, & inter ceteros Alexand. & Iason illud etiam Ro. dictum reprehendunt. & rursus idem Alexand. in d. l. bonorum. col. 2. in versi. 3. limita. Faciunt & ad hanc quaestionem, quae diximus suprà, in praeced. quaest. Nam si hoc casu potest mulier contrahere non obseruata solennitate statuti: si maritus sit absens, furiosus, & ban-nitus, multò magis quando non habet maritum.

56 *Quid si uxor fecerit contractum utilem sine consensu uiri.* ¶ OCTAVO QVAERO, Si vxor sine consensu mariti fecerit contractum sibi utilem, & commodum, an valeat huiusmodi contractus, nec ne? Primum videtur non valere, per id, quod in simili voluerunt Iac. Bu. Alberi. Bart. Ange. Fulg. Pau. Cast. Iason, & penè omnes in l. cum hi. §. eam transactionem. *D. de transac.* quòd si ecclesia, vel minor fecerit alienationem sibi utilem, non seruata iuris solennitate, non valebit huiusmodi alienatio. Quod & voluit Bald. in c. 1. extrà, eo. tit. & in l. pupillorum. in fin. princ. *D. de reb. eor. & in l. vlti. §. necessitate. col. 5. versi. & ideo dicit. C. de bon. quae libe. & conf. 475. quidam I. abbas. col. 2. lib. 1. & Socin. id tamen dicens procedere in contractu rerum immobilium, conf. 80. praesens consultatio, col. 2. versi. ad hanc objectionem, lib. 4. & Alciat. lib. primo, de verbo, signifi. char. 4. & Fran. Ripa. in l. ius cui bonis. col. 11. numero 47. *D. de verb. oblig.**

57 *De eadem re.* ¶ Pro quibus aperte faciunt 3. aut 4. tex. quos tamen ibi non allegant, videlicet in c. sine. 12. q. 2. & in c. tua nuper. extrà de his, quae sunt à pra. la. in illis verbis vtrouique positus, nisi fortè aliquid faciat, vt meliora prospiciat, & totius cleri tractatu atque consensu, &c. Ex quibus verbis clarè colligitur, non satis esse alienationem esse utilem ecclesiae, nisi & solennitas interueniat. Et ita illum text. in d. c. tua. ponderat

derat Pan. ibi & Barb. in d. l. ius cui bonis. col. 7. in prin. *D. de verb. oblig. & conf. 41.* immortalem, col. 2. lib. 4. Et praeterea tex. in c. r. ibi, praesertim cum euident, & c. de reb. eccles. non alie. vbi decernitur non valere quandam alienationem rei ecclesiae factam sine solennitate, praesertim cum euident necessitas, vel utilitas non subesset. Ex quo clarè intelligitur, etiam non valere, si adsit utilitas, quia dictio praesertim, est implicatiua. l. si sine. §. vlt. in text. & glo. *D. rem rat. habe.* Et ita etiam illum text. ponderat Fran. Are. in l. mutum. *D. de acqui. har.* Et tex. in Cle. 1. eo. tit. de reb. eccles. non alie. vbi expresse dicitur, quòd ad hoc, vt res ecclesiastica possit alienari, debet hoc necessitas, aut utilitas ecclesiae exposcere, & nihilominus assensus conuentus, aut si non sit conuentus, Praelati accedere, & ibi gloss. in verbo, nihilominus.

58 *De eadem re.* ¶ Et ita quoque huius sententiae fuit glo. in summa, 12. q. 2. Io. Regius inter conf. Fed. Senen. conf. 142. domino Io. Pan. & alij in c. 2. de in integ. restit. idem Pan. in c. cum causa. col. vlt. de re iudi. & in c. nulli. col. 2. versi. & concludo, extrà de reb. eccle. non alie. & Barb. conf. 12. difficile, col. penul. versi. praeterea est etiam, lib. 3. vbi & alios multos citat, vt ibi videbis. De quo etiam per recentiores, in c. quae in ecclesiarum, de constit. Domi. & alios, in c. 2. de reb. eccles. non alie. lib. 6. Fabà Monte S. Sabin. in tracta. empti. & vend. in §. quaest. princ. col. penult. versic. & quod requiritur. & Feli. in c. causam. le. 1. col. pen. de iudi. & Philip. Deci. conf. 142. cuius superscriptio incipit, an & quando, col. 2. versi. est ergo videndum, & conf. 282. viso puncto, col. 3. versic. nam secundum communem, vbi & alios adfert.

59 ¶ Nec dissimile est, quòd pupillus sine autoritate tutoris non potest adire hereditatem, etiam locupletem, & sibi magno commodo futuram, vt voluerunt Cy. Bald. & Saly. in l. quod fauore. C. de legib. Bal. in l. potuit. & ibi Ias. col. penult. & alij. C. de iure delib. Bald. Ang. Saly. & Roma. in l. mutum. *D. de acqui. hare. & Doc. in §. neq. Insti. de autor. tutor.* vbi etiam est bonus text. vti quoque est in Lobligari. §. pupillus. *D. eo. tit.* Imò verò nec opulentam adire potest, vt tenuit Iason, in l. si quis mihi bona. §. si seruus. col. 2. *D. de acq. hare. & in l. more. col. 3. versic. quinto not. D. eo. tit. & in l. pupillus, in prin. per text. ibi, eodem quoque tit. & in d. l. potuit.* Quid autem interfit inter hereditatem locupletem, & opulentam declarant gloss. Bald. Ang. Imol. Raph. Co. Paul. Cast. & alij in d. §. si seruus. & Ang. conf. 317. statutum quod mulier, circa medium, vbi eam gloss. dicit fing. Super quo vide, quae dicemus infra, num. 77. nec longè abest, & seq.

Pupillus an solus possit adire hereditatē locupletem, aut etiam opulentam.

60 ¶ Quibus etiam accedit text. in c. monachi. 16. q. 1. vbi prohibetur, ne monachus sit forensis cuiuspiam negotij susceptor, vel executor, nisi id monasterij exposcat utilitas, Abbate sibi nihilo minus imperante. Ex quibus verbis satis constat, non satis esse illic versari utilitatem monasterij, nisi Abbas consentiat. Ideò & ex eo not. glo. ibi, in verbo, utilitas, quòd licet aliquid sit bonum & utile, non est tamen agendum, nisi eo modo, quo fieri debet, & adfert concord. quae illic omnibus sunt obuia. Et in glossa sequente dicit, quòd si monachus iniussu Praelati egerit pro ecclesia, & obtinuerit, non valet quod actum est: quam glo. pro notabili citat, & sequitur Francif. Are. in c. causam quae, col. 4. de iudic.

De iisdem rebus.
Bonum & utile fieri non debet, nisi eo modo, quo debet.

61 ¶ Quin in statuto, quòd mulier non possit agere, petere, requirere etià, nisi de consilio duorum propinquorum, dicit Bal. conf. 417. primò dubiū est, in fi. l. 2. quòd mulier si egerit sine consilio propinquorum, & obtinuit, non valet quod gestū est, quia videtur deficere forma, quae dat esse rei: & quia inhabilis, & nullus aequiparantur. l. 1. §. pen. *D. quod cuiusq. vniu.* Et ad hoc quoque dicit facere text. in l. cum hi. §. si Praetor. *D. de transac. cum fi.* Id tamen non omnino asserit Bal. sed veluti in medio relinquit.

De iisdem rebus.

62 ¶ Nec id quidem abs re: nam contrarium videtur ex tex. in d. l. cum hi. §. eam transactionem. *D. de transac.* vbi licet non possit alimentarius transigere super alimentis.

De iisdem rebus.

Cōtra superior
 76. *Y6.* tis sine autoritate Prætoris : valet tamen transactio , ex qua facta est eius conditio melior sine autoritate ipsius Prætoris. Ex quo not. glo. ibi, quòd si ecclesia , vel minor alienat in causam non concessam, tenet alienatio , si id fecerit vtiliter , & ex re sua. Quam glof. licet pleriq; omnes ibi reprehendant, vt supra diximus, non tamen sola fuit in ea opinione. Quandoquidem idem voluit Iac. Aret. in l. magis puto. §. si as. D. de reb. eor. Dy. in d. l. si fundus sterilis. prout eum refert & sequitur. Bald. ibi. D. de rebus dubi. Idem Bald. in d. §. eam transactionem. in vtraq; lect. & in l. contra iuris. in prin. per illum text. D. de pactis, & in l. ita constante. D. de iure doti. & in l. quæcunque. post prin. C. de bonis, quæ libe. Alberi. in Auth. hoc ius, col. vlt. C. de sacros. eccles. Io. Fab. in §. & ne huius. Inftit. de eo cui liber. cauf. Cardin. Flor. in Cle. r. in prin. de reb. eccles. non alien. Cepolla in l. vlt. col. 13. verfi. extrà glof. quarto. C. de vscap. pro empto. & confi. caufarum civilium 14. casus talis est, quidam dominus, col. 2. verfi. secundò etiam probatur. Barb. sibi contrarius (vt aliàs sæpe) in rubr. de reb. eccles. non alien. col. 4. verfi. tertio limita. & confi. 35. sapienter, col. penul. verfi. modò in proposito, lib. 2. & confi. 5. bene etenim, col. 5. verfi. secundo facit, quia in ista, lib. 3. & confi. 3. cui simile est initium, col. 8. verfi. præterea tollitur, eod. lib. 3. & confi. 61. à Ioue principium, col. 3. eo. quoq; lib. 3. & confi. 86. illud referam, eod. lib. 4. verfi. præterea facit, col. 4. verfi. circa tertiam dubitationem , eod. libro tertio , Iafon sibi contrarius, consilio 219. egregius vir, col. 3. verfi. nec ob. illud, lib. 2. vbi dicit illam glof. not. Philip. Decius sibi quoq; contrarius, in d. c. quæ in ecclesiarum, col. 3. verfi. addatis tamen, extrà de confit. & confi. 124. placet mihi, col. 2. verfi. quarto etiam dici potest. Marianus Soci. iunior, confi. 28. quia difficultas, col. pen. verfi. secundo facit, sub nu. 10. lib. 2.

63 *De eadem re.* ¶ Et optimè probatur hæc sententia per textum, in d. §. eam transactionem, cui soli omnium Angel. & Paul. Castren. nixi sunt respondere, sed Angel. aded malè , vt & Fulgos. qui est eiusdem factionis, dixerit, quòd loquitur inter dentes. Paul. autem nihil aliud pro responsione tradidit, quàm quòd illud ideò obtinet in eo casu, quia text. ibi vltiùs procedit, hoc exprimendo. Quæ quidem responsio, satis leuis est, quia is text. non vltiùs procedit, per viam extensionis, sed vt videre licet, per viam declarationis, à cessante ratione. Propterea Iafon, qui etiam illorum partes sequutus est, reliquit cogitandum de solutione, quam ipse reperire non potuit, nec etiam commodè reperire possem, quia text. est apertus, nisi dicas eum procedere in forma, siue solennitate, priuato tantùm fauore introducta: scilicet si publica, vt in alienationibus rerum ecclesiæ , & minorum, quæ sententia fuit Aleiat. libro primo, de verbor. signific. & ante eum Ioan. Fab. in dicto §. & ne huius. Inftit. de eo cui liber. cauf.

De iisdem rebus.
Solennitas facit presumi actum utilem contra henti.
 64 ¶ Et quòd id procedat etiam generaliter, comprobatur non leui ratione, quam adducit Decius, vbi supra, quia solennitas requisita in alienationibus rerum ecclesiæ , & minoris, eorum fauore requiritur: & vbi adhibetur, præsumitur, quòd sit in vtilitatem eorum, vt not. dicit Baldus, in c. 1. colum. 2. verfi. quæritur, Iacobus. tit. qui feud. dar. poss. & in c. sicut. in fin. de re iudic. & Alexand. confi. 79. circa primum, de quo quæritur, col. 5. verfi. fortificatur, quia ibi interuenit, libr. 1. & ipse Decius, confi. 532. pro vera resolutione, col. 2. verfi. & in dubio. Si ergo constat de vtilitate ecclesiæ, sumus in casu claro, nec est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. D. de verbor. oblig. Et ideò in foro conscientie, vbi veritas attenditur, valet contractus, licet solennitas non interuenerit, vt not. Panor. in c. 1. in glo. vlt. extrà de integ. restit. cum concord. à me adductis supra eo. §. in glof. 4. in verbo, ne peut, num. 21. incip. contrà videtur, & multis seq.

65 *Minor potest contrahere ad* ¶ Et quicquid sit in ecclesia, certè in minore perspicuum est, quòd potest contrahere ad suum commodum & vtilitatem, per text. in l. neque. C. de contrah. & commit. stipul. & voluit Bal. allegans not. in d. §. eam transactionem. confi. 72. super quo peti-

tur,

tur, lib. 4. & Roma. confi. infra allegandis, num. 76. nam & huc spectat Panor. conf. 22. quanquam, col. 2. verfi. non ob vltimum, lib. 1. & Alexander, confi. 59. vifo processu, col. 2. verfi. secundo potest responderi, libr. 2. & Barb. omnibus fermè locis, etiam infra sequent. numero citandis, quòd procedit non solum in adulto, sed & in pupillo, per text. in d. l. contra iuris. in princ. D. de pact. & in l. r. C. de auto. præstan. & in §. 1. Inftit. de auto. ruto.

suum commo-
dum.Quid de pupil-
lo.

66 ¶ Et id quidem vsque aded, vt pupillus etiam se obligare possit, si ipsi commodum sit, & vtile, per text. in l. si pupilli. in princ. D. de nego. gest. & in l. pupillus. §. 1. D. de autorit. tuto. & in l. 1. D. de vscap. pro emptor. vt iam mirari desinamus glofam, in l. 2. D. de accepti. hoc postremum voluisse, quam Ang. & Imol. ibi annotant, & omnes vbiq; allegant, extollunt, commendant, imò & pleriq; singularem faciunt, præsertim Barb. in l. 2. columna 12. D. de verborum obligation. & in Procem. Cle. colum. 3. in 2. lect. & confi. 34. præclare optimus, eod. lib. 13. verfi. nec obstat, cum dicitur, libro 2. & dicto confi. 35. colum. penul. eo. lib. 2. & confi. 5. bene etenim cuncta geruntur, col. 5. lib. 3. & confi. 39. col. 8. eo. lib. 3. & d. confi. 86. col. 4. eo. lib. 3. & d. conf. 91. col. 4. eo. quoq; lib. 3. & confi. 41. immortalem, col. 2. libr. 4. Quin in multis locis non solum sing. dicit, sed valde sing. Qua in re subit recordatio Catonis Sacci, viri inter Iuris interpretes celeberrimi, qui in Prefatione cuiusdam sui opusculi scribit eum, aut dicit glo. aliquam, aut textum sing. exuperare debere memiorum Mithridatis, aut Themistoclis, sicuti etiam refert Ias. in §. actionum. col. 11. Inftit. de actio.

Pupillus obli-
gare se potest
ad suum commo-
dum.Et quibus est
interdicti bo-
norum admini.

67 ¶ Sed vt reuertamur ad institutum, id quidem generale est & perpetuum in omnibus, quibus interdicta est bonorum suorum administratio, vt possint liberè, & sine solennitate suam conditionem meliorem efficere per text. in l. is cui bonis. & ibi late Rom. Barb. & Iafon. D. de verbo. obligat. & in l. cui bonis. D. de nouatio. & quod voluit Bald. in repet. l. r. col. 9. in 12. q. C. de sacros. eccles.

68 ¶ Et quoniam etiam in iudiciis contrahimus, l. 3. §. idem scribit. D. de pecul. propterea similiter quamuis aliàs illegitimum, irritumq; sit iudicium à minore assumptum sine tutoris aut curatoris autoritate: tamen si cesserit ad commodum ipsius minoris, valet per textum in l. non eo minus, & ibi omnes Doctores. C. de procur. Collec. & Aegid. Bellamer. in c. accedens, de procurato. & Archidiaconus in c. si an. num. de iudici. libr. 6. Nec id solum in minore adulto, sed etiam pupillo, vt voluit gloffa in l. neque tutores. C. eo. tit. quam ponderant Bald. qui eam dicit notandam, Saly. & nouissimè Ias. in d. l. non eo minus, & Ang. Aret. in l. furioso. D. de re iudic. & in §. neq. col. pen. Inftit. de autor. tutor. In quibus locis etiam dicit ipse Ang. quòd habet locum in infante, quicquid dixerit Raphaël in d. l. furioso. De quo tamen dubito propter ea quæ dicam infra, numero 83. eiusdem notæ. Nec solum quoq; procedit, quando minor ipse litigauit per procuratorem, quem constituit sine tutoris aut curatoris autoritate, in quo casu loquitur d. l. non eo minus, sed etiam si ipsemet sine tutoris aut curatoris autoritate litigauit, vt voluit gloff. in l. r. C. qui legi. person. quam ponderat, & sequitur Panormit. in c. causam quæ vertitur, ad finem, extrà de iudic. vt & Alex. confi. 59. vifo processu, eod. lib. 2. verfi. secundo potest responderi, lib. 2.

Minor potest
obtinere sen-
tentia sine au-
tor. tutoris.

Et pupillus.

Et infans.

69 ¶ Quibus germanum est, quòd licet tutor, antequam satisfecerit rem pupilli saluam fore, nõ possit administrare, nec gerere tutelam, neq; in iudicio, neq; extra iudicium. l. neq. D. de reb. eor. & in l. in dubium, & l. vltima. C. de tutor. vel curato. qui nond. satisfd. tamen si iudicio expertus, sententiam pro pupillo reportarit, valet quod ab eo gestum est, vt voluit gloffa in l. tutor. in verbo, non potuit, & in gloffa sequente. C. in qui. cau. in integ. restit. non est necess. quam sequuntur, & commendant Bart. Bal. & alij ibi, & Panor. in d. c. causam. col. penult. verfi. vltimò quæro, extrà de iudi. vbi illam glof. dicit not.

Tutor qui non-
dum satisfcedit,
potest obtinere
sententiam pro
minore.

70 ¶ Et simile est, quod licet conuentus, vel collegium ecclesiasticum (nam & ecclesia
Ecclesi. si liti- & minor à pari iudicantur. c. 1. de in integ. restit.) non possit etiam litigare sine auto-
gauerit & ob- ritate Prælati, per textum expressum in dicto c. causam, de iudic. si tamen commo-
tinuerit, sine dum, & utilitatem ex lite reportet, quia sententia pro eo lata est, valet, vt per d.l.
autor. prælati, non eo minus, voluerunt post antiquiores Ioan. And. Collec. Imo. Card. Flor. Pan.
ualet sententi. qui hoc multis iuribus & rationibus comprobat. Feli. & nouissimè Philip. Deci. in
d. c. causam. de iudic. Lap. & Domi. in c. 1. post principium, de pact. libro 6. Imol. in l.
quæsitum, in gloss. 1. de re iudi. & Iason in d. l. non eo minus, quicquid dixerint
Ant. Franc. Aret. & Barb. in d. c. causam. quorum rationes abundè refellunt Panor.
& Dec. ad quos studiosos relego.

71 ¶ Sed & finitimum est, quod licet causa fiscalis debeat agitari præsentè aduocato
Sententia lata fisci, aliàs sententia lata, videlicet absente aduocato fisci, nulla est per textum, in l.
pro fisco, absen- non intelligitur. §. diuus. & l. si fiscus. de iure fisci: tamen si res bene successerit, &
te aduocato fis- ad utilitatem fisci, quia sententia fuit lata pro eo, valet, non obstante absentia aduo-
scti, ualet. cati: vt voluit gloss. in d. §. diuus. ar. d. l. non eo minus. & Ioan. An. in c. 1. & ibi Panor.
col. 3. extrà vt lit. non contest.

72 ¶ Quibus & hoc accedit, quod latè consuluit Barb. d. confi. 86. illud referam. col. 4.
Filius si agit u- verfic. præterea faciat, lib. 3. quod licet filius non possit agere in iudicio sine con-
tiliter sine au- sensu patris, per not. plenè, in l. vlt. §. necessitate. C. de bo. quæ liber. si tamen egit, &
tori. patris, ua- let. quidem utiliter, valet per multa similia, quæ illic adducit. Et idem quoque respon-
det Alexand. confi. 5. vifo processu, columna 2. verficu. secundò potest responde-
ri, libro 2.

73 ¶ Confirmantur suprà dicta per textum, not. in l. vltima. de iure dotium, vbi li-
Dos utiliter a- cèt aliàs non possit vxor etiam consentiente marito dotem alienare, nec contra
lienari potest. maritus consentiente vxore: potest tamen, vbi res credit ad utilitatem mulieris,
& illum textum, generaliter intelligunt gloss. & Barto. ibi. Et eum quidem reputat
singul. Baldus in l. si æstimatis. de solut. matrim. Et idem quoque voluit Baldus No-
uellus, in Tractatu dotium, in 7. parte princi. priuile. 1. in 2. & 3. fallent. retentionis
lib. 1. de solut. matrim. Maria. Socin. iunior confi. 28. quia difficultas, column. penu.
verfi. & hoc fundamentum, sub num. 9. libro 2. vbi & ad hoc allegat l. ita constante.
de iure dotium. & l. mutus. §. manente. eo. tit. & l. quamuis. de solut. matrim.

74 ¶ Huc etiam vergit, quod pulchrè voluit glossa, in dicta l. quæcunq; in principio,
Pater potest bona aduenti- in parua glossa, in verbo, interdico. C. de bon. quæ liber. quod licet pater non pos-
tia filij pro eius sit alienare aduentitia delata filio, vt ibi cauetur: potest tamen pro filij utilita-
utilitate aliena te. Sequitur Baldus, ibi, qui illam dicit mirabilem, & perpetuò menti tenendam.
re. & Franc. Aretin. in l. mutum. ad finem. de acqu. hæred. vbi illam dicit notabilem.
& Barb. in l. is cui bonis. columna 6. de verborum obligation. vbi & illam dicit
singul. & ibi etiam Iason, colum. 2. qui dicit notabilem, & bene notandam: & idem
Barb. in dicto proæmio Clemen. vbi dicit solennem, & dicto consilio 35. columna
penu, libro 2. vbi illam quoq; dicit singul. & dicto consilio 5. columna 6. libro 3. &
dicto consilio 39. columna 8. eodem libro 3. quibus locis illam dicit valde notabi-
lem. & d. confi. 36. colum. 4. eodem libro 3. & Iason in l. Barbarius, columna quarta,
verfi. limita tamen conclusionem. de offic. Præto. in d. l. non eo minus. vbi illam
dicit nota. & in d. l. contra. de pact. vbi & illam dicit nota. & in l. is cui bonis. co-
lum. 1. de verbo. obligat. vbi etiam id dicit nota. & d. confi. 2. 2. col. 3. lib. 2. vbi id
item dicit not.

75 ¶ His quoque adstipulatur, quod pulchrè consuluit Paul. Castr. confi. 11. 9. videtur
Mulier statuto dicendum, in secundo dubio, libro 2. Quod si statutum disponat, ne possit mulier
prohibita age- alienare sine consensu duorum proximorum: & ideò non possit etiam in iudicio
rem

rem deducere, per textum in lair Prætor. §. quid sit autem. de iure delib. vbi ab-
furdum est, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exerceri. & plenè dixi-
mus suprà glossa 5. in verbo, contracter, in 21. quæstio. Tamen si egerit vxor sine hu-
iusmodi solennitate statuti, & sententiam ad suum commodum reportauerit, valet
sententia per textum in d. l. non eo minus. Qui quidem casus ad nostrum proximè
accedit, vt & proximis seq. verfi.

76 ¶ Nam & huc spectat, quod voluit Bald. in d. l. neq; per illum text. C. de contrah. &
committ. stipu. quod statutum, ne possit minor, aut mulier contrahere sine consen-
su duorum proximorū, intelligitur de contractibus damnosis, non de utilibus, &
fauorabilibus: quod dicit esse menti tenendū. & idem etiam voluit idem Bald. in l. 1.
in prin. de cont. iudi. tur. & Ang. qui & loquitur in statuto requirete consensum
Mundualdi, in dicta l. 2. & ibi post eum Imo. de accept. quod dicit ipse Angel.
etiam esse menti tenendum, & se ita consuluisse Florentiæ. & Pau. Castr. confi. 16. o.
ad primum quæsitum, columna prima, verfic. nec etiam in casu nostro, libro primo:
& Roma. confi. 316. circa propositam consultationem. & iterum confi. 453. vi-
sa principali constitutione. & in l. si quis mihi bona. §. vltimo. & ibi Alexander. de
de acquir. hæred. Idem Rom. in l. mutum. & ibi etiam Alexand. columna vltima. de
eod. & idem Alexander in addit. Bart. in l. cum lex. in fine. de fideiuss. Cepolla d.
confi. caufarum ciuiliū 14. casus talis est, quædam domina, column. secunda, ver-
fic. tamen hoc non obstante. & in d. l. vlti. vbi suprà. C. de vsucap. pro emptor. Barb.
in omnibus fermè locis suprà allegatis. & præterea in l. 1. columna nona. de ver-
borum obligation. & in c. edoceri, extrà de rescrip. & confi. 58. sapienter, in fine libr.
2. & Corne. confi. 254. videtur in hac consultatione, columna 2. verficu. tertio re-
spondetur, libro primo. Soci. confi. 16. o. in præsentè consultatione, columna antepe-
nultima, verfi. item & tertio respondetur, lib. 2. & confi. 80. præsens consultatio, col.
2. verfi. sed ad ista responderet, libro quarto, Felin. in c. dilectus. le 2. columna vltima,
verfi. similiter, extrà de rescrip. & in d. c. causam. le 1. columna tertia, de iudic. & in c.
tuus quætionibus. col. 1. de testib. Iason in d. l. Barbarius, colum. 4. de offic. Prætor.
& in dicta l. is cui bonis, columna prima, & ibi Francif. Ripa. colum. 11. num. 45. de
verborum obligation. vbi Iason ipse reputat not. & idem Iason in l. si vnus ex ar-
gentariis. §. pactus ne peteret. col. 9. verfi. 5. dictum statutum intelligitur. de pact.
& in d. l. contra iuris. de eo. tit. & in d. l. non eo minus. C. de procur. & in l. more. co-
lumna sexta, verfi. tenendo istam partem. de acqu. hære. & in l. qui iurasse. col. 1.
de iure iur. & d. confi. 229. column. 3. libro secundo, & in §. omnium. columna 8.
verfi. aduerte tamen, Insti. de actio. vbi id dicit not. Philip. Deci. confi. 331. pro refo-
lutione, col. 3. verfi. secundò principaliter. & Francif. Ripa. in l. furioso. post princi-
pium. de re iudi.

77 ¶ Nec longè abest, quod contra id, quod suprà diximus, num. 59. incipiente, nec dif-
simile est, non posse pupillum solum, & sine tutore adire opulentam hereditatem,
tenuerunt, videlicet quod adire possit, Dy. in c. quod ad gratiam, de reg. iur. libro 6.
Ang. Pau. Castr. & Alex. in d. l. si quis mihi bona. §. si feruus. de acqu. hære. Raph.
Co. in l. pupillus si fari. in princip. de eod. tit. & in l. more. per gloss. ibi, eo quoque tit.
Pau. Castr. in d. l. potuit. C. de iure delib. vbi & Iason, qui aliam partem tenet, hanc
tamen fatetur procedere in pupillo proximo pubertati, & qui intelligit quod ipse
facit, ar. d. l. pupillus si fari. vbi & hoc expressè tenuit Bart. & idem Pau. in l. mutum.
post medium. de acqu. hære. Cepo. d. confi. caufarum ciuiliū 14. col. 2. verficu.
tertiò hoc idem. Sed tu hîc vide Soci. confi. 8. post redditum. col. 1. verficu. secundò
principaliter, lib. 4. vbi similiter dicit interesse, inter hæreditatem locupletem, &
opulentam, quæ sine vexatione adfert opes: vt illam non possit pupillus sine tutore
adire, hanc possit. Vnde item Philip. Decium, qui alios citat, d. confi. 331. vbi suprà.
Illud autem certum est pupillum acquirere posse sine tutoris autoritate. §. 1. Insti.
de auto. tuto. & §. pupillus, Insti. de inutil. stipul.

78 **¶** Cui ad fine est, quod consuluit ipse Ang. consi. 317. statutum quod mulier, quod est vltimum veterum cons. quod stante dicto statuto, quod mulier non possit contrahere, vel se obligare sine consensu propinquorum: poterit tamen non obseruata tali solennitate, adire hereditate opulentam, nullis debitis obnoxiam. & ita dicit se scripsisse in l. more. *D. de acq. her. vbi tamē nihil dicit, sed hoc vtiq; tradit in d.l. mutū. eo. tit. vbi illum sequuntur lmo. Raph. Co. & Pau. Ca. qui ita se dicit cōsuluisse Florētia, Ro. Alex. & Fran. Are. qui tamē dubitant: & Raph. Co. in d.l. more. & ita certē cōsuluit ipse Pau. Ca. consi. 91. in causa appellationis, col. 3. versu. secundo dicitur non fuisse facta, lib. 1. Et idem quoq; tenuit Barb. in multis, ex locis supra allegatis: & Ias. in d.l. is cui bonis. & in d.l. contra iuris. *D. de pact. & in d. §. omnium. Inst. de actio. & d. consi. 229. col. 3. lib. 2. & quæ diximus supra nu. 67. inc. sed vt reuertamur.**

79 **¶** Et idem quoq; de filiofam prohibito contrahere, vel se obligare, sine consensu patris, vt possit tamen adire hereditate opulentam sine patre, respondit ex facto Rapha. Fulgo. consi. 75. cuius caput est, ex facto proponitur, colū. vlti. & Alexand. (qui Fulgo. non meminit) consi. 234. hoc initio, puto circa dubium, col. vlti. libr. 6. per ea quæ supra diximus ex aliis. Nec obstat (vt subdit post Ang. d. consi. 317.) quod filiofamilias possit de facto vexari: id enim non est considerabile, per id quod in simili dicitur in l. eo tempore. in principio. *D. de peculi.*

80 **¶** Adde & quod voluit glos. not. in l. nulli. C. de transact. quod licet procurator Cæsaris non possit vendere, vel transigere inconsulto Principe, per textum ibi, & in l. 1. §. si rem. *D. de offic. procur. Cæsar. potest tamen, si ex hoc efficiat conditionem Cæsaris meliorem. Quam glossam sequuntur, & commendant omnes Doctores. ibi, illamque trahunt ad administratores rerum alienarum, videlicet Prælatum, tutorem, curatorem, & ceteros, vt videlicet sine consensu alterius, aut alia solennitate id facere possint: sicuti etiam illam ad hoc ponderat Petrus Ancharanus, & Panor. qui illam dicit not. & Barb. in c. contingit. extrā de transact. & idem Panor. consi. 62. illud de iure queritur, versu. item procurator, lib. 1.*

81 **¶** Nec in procuratore tantum Cæsaris, & aliis administratoribus locum obtinet, sed in alio quocunque, qui licet transigere sine speciali mandato non possit, per textum in l. transactionis. C. de transaction. tamen si transactio facta à procuratore speciale mandatum non habente, sit utilis domino, valet, vt voluit Petr. Anch. in c. qui ad agendum. de procur. lib. 6. quem sequitur Franc. Curt. in addi. ad Alexandrum, in d.l. transactionis. in princ. magnæ addi.

82 **¶** Quibus non absimile est, quod scribit Antonius in c. cum olim. le 2. col. antepen. versu. idem dicit de priuilegiis, quod licet non possit monachus contrahere sine licentia (vt nostri loquuntur) Abbatis, si tamen id fecerit, & quidem vtiliter, valet, licet non interuenerit licentia Abbatis. Et idem in rectore ecclesiæ voluit Ioan. An. Lap. & Dominic. in c. r. de pact. lib. 6. vt videlicet quamuis non possit transigere, aut pacisci de rebus ecclesiæ sine autoritate ordinarij. c. statuius. extrā de transact. si tamen id fecerit ad commodum ecclesiæ, valet, per textum, in d. c. & in d.l. non eo minus. C. de procur. Et vtrunque sequitur Feli. in d. c. causam quæ, le 1. col. 3. extr. de iudi. vbi & alia multa similia adfert, quæ videre poteris.

83 **¶** Eiusdem notæ est, quod sing. Barb. voluit in l. 1. col. 6. *D. de verborum obligatio.* quod licet ebrius contrahere non possit per text. in c. vnusquisque. & ibi glo. 2. q. 4. si tamen reperitur contractus ipsi utilis, & commodus, tenet per d. glo. *D. de accept. & alia quadam similia.* Sed non ego confestim huic sententiæ subscriberem. Nam cum ebrius nullius omnino mentis sit, vt à furioso nihil differat. c. venter. 35. di. videtur nec sibi posse acquirere, ar. eorum quæ de furioso & infante qui nullum adhuc intellectum capit, scribuntur in l. 1. §. 1. *D. de acqui. poss. & in d.l. de verbor. oblig.*

oblig. & in §. furiosus, Inst. de inutil. stipul. cum si. Nisi dicerēs Barb. intelligere de eo, qui non adeo ebrius est, vt non omnino non intelligat quid agit, sed est veluti medius inter ebrium & non ebrium: sed hoc casu mero iure valeret contractus ab eo factus, etiam in sui præiudicium per no. in l. dolum. C. de dol. Ideo cogita.

84 **¶** His concinit, quod scribitur in l. is cui bonis. *D. de verborum obligatio.* quod prodigus tamen si alienare, aut obligari non potest, potest tamen sibi stipulando acquirere. Imò verò sentiunt Doctores ibi in summario, posse etiam obligari ad suum commodum, dum dicunt, prodigum posse conditionem suam facere meliorem. & præterea Paul. Castr. dicit prodigum fingi carere iudicio, tunc tantum quando dissiat. & ita voluit expressim Francisc. Ripa. ibi col. 11. num. 46. quamuis textus eo in loco simpliciter & indistinctè dicat promittendo non obligari, ideoque nec fideiussorem pro eo interuenire posse, sicut nec pro furioso. Mox autem subdit ipse Ripa an ex contractu obligatorio facto à prodigo ad suum commodum, sequatur alienatio bonorum ipsius. Tu ibi cum vide, & quæ diximus supra num. 67. incip. sed vt reuertamur.

Prodigus ad suum commodum contrahit.

85 **¶** Sed quid in huiusmodi similibus tantum laboramus? Quando Baldus noster, qui omnium copiam longè superauit, in casu nostri huius statuti, prohibentis scilicet mulierem contrahere sine autoritate vel consensu mariti, non obscure sentiat, posse tamē eam sine ea solennitate contrahere ad suum ipsius commodum, & vtilitatem. Ita enim, si soletter inspicias, voluit consi. 488. sequens quæstio, post prin. lib. 1. motus ea ratione, quam secundo loco adscribemus, versu. seq.

Questionis prin. decisio.

86 **¶** Nam horum omnium duæ sunt potissimæ rationes. Prior, quia inducta ad vnum effectum, non debent eius oppositum operari. l. 3. §. si emancipatus. *D. de bon. poss. cont. tab. & l. 3. D. de adi. legat. & l. legata inutiliter. D. de legatis primo. & l. si à militate. §. primo. D. de testamētis militum. & l. si Rufinus. C. eo. & l. 3. §. Diui Seuerus. D. de Carbo. edic. vbi est optimus textus, in illis verbis, non debet aduersus pupillos obseruari, quod pro illis excogitatum est. Secunda, quæ ad primam proximè accedit. Nam solennitates inductæ in fauorem mulierum, minorum, ecclesiarum, & aliorum, de quibus supra loquuti sumus, non debent illis damnum adferre. l. quod fauore. C. de legi. & l. nulla. *D. eo. & optimus textus, in l. plures apochis. in fi. C. de fid. in stru.**

Rationes præcedentium.

87 **¶** Propterea que sunt, qui id generale & perpetuum dicunt, vt cum actus quispiam prohibetur fieri sine solennitate, vel aliàs fauore cuiuspiam: si is actus fiat, & interfit potius eius, ob cuius fauorem prohibetur, vt fiat, valebit. Ea enim est sententia Imola in l. cum lex. ad fin. *D. de fideiuss. declarando text. & glo. in Cle. 1. de iure patron. quem sequitur Maria. Socin. iunior d. consi. 28. quia difficultas, col. vlti. num. 11. lib. 2. & ante hos Ioan. Faber in d. §. & nec eius. Insti. de eo cui liber. cau. vbi dicit, aliud esse, si id introductum esset in fauorem publicum.*

88 **¶** At hæc omnia intellige procedere, vbi is, cum quo actus fit, aut consentit, aut simpliciter patitur fieri: vt quia contrahit cum muliere, qui est casus noster: aut quia litigat, nec tamen quicquam obicit, quo etiam casu non valet iudicium, vt dicemus infra, eo. tit. §. seq. in glossa 1. Quod si pars aduersa opponat, non posse mulierem litigare sine consensu viri, certè huiusmodi oppositio facit, vt non profit mulieri sententia lata, ea oppositione neglecta, quin ab ea appellari possit, per id quod pulchrè voluit Bald. in cap. 1. col. 3. versu. capio primam glo. extrā de præscript. vbi ita intelligit d.l. non eò minus, supra citatam. Sequitur & commendat Ioan. Lup. nuncupatim loquens in casu statuti prohibentis vxorem interesse iudicio sine consensu mariti, in repeti. rubricæ, de donationi. inter virum & vxor. §. 68. col. 1. versu. ex istis inferretur.

Declaratio præcedentium.

89 **¶**Intellige secundò procedere, cum euidenter constat, huiusmodi contractum factum sine solennitate huius statuti, esse illi commodum & vtilem. Nam in dubio, deficiente solennitate, presumetur non vtiliter factus, vt nuncupatim voluit Bal.in l. quacunque. verfi. scias tamen. C. de bonis quæ liberis. & Philip. Deci. confi. 532. pro vera resolutione. col. 2. verfi. & in dubio, & non obscure sentiant ij omnes, quos supra citauimus. Sicuti è contrariò, cum solennitas legitima interuenit, præsumitur contractus factus ad vtilitatem minoris, ecclesie, & similibus, in quorum contractibus debet quædam solennitas interuenire, vt satis diximus & probauimus supra numero 64. incip. & quòd id procedat. Ex quibus planè constat, ad quos pertinet onus probandi, contractum, qui petitur rescindi, fuisse commodum, vel incommodum contrahenti. Nam si interueniat solennitas, præsumitur vtilitas: idèd minor, & ecclesia debent probare contrarium. At si non interuenerit solennitas, ij qui cum illis contraxerunt, debent ediuerso probare vtilitatem.

90 **¶**NONO' QVAERO, sequendo casum proximæ quæstionis, Mulier quæ vtiliter sibi contraxit, emendo fundum quempiam sine consensu mariti, an in contractu ipso, aut etiam post, possit dare facultatem venditori redimendi eum fundum, restituendo pretium venditionis intra quodpiam tempus, vel etiam simpliciter. Et nos quidem hanc quæstionem in postrema editione huius operis tractaueramus: sed multò latius eandem postea tractauimus in nostro tractatu Retractatus, tit. 2. in fin. in principiis eiusdem, & multis seq. verfi. vsque ad numerum 16. inclusiuè. Ex quibus poteris intelligere, licere vxori in ipso contractu, non postea ex interuallo, eam facultatem concedere sine consensu mariti. Sed & duobus numeris seq. videbis, an possit postea ex interuallo prorogare tempus datum in ipso contractu. Idèd ea hic repetenda non ducimus.

91 **¶**DECIMO' QVAERO (& hæc quæstio multum conuenit cum octaua) Vxor viuente marito contraxit sine illius consensu & autoritate: mortuo marito ipsa tum sui iuris effecta, & propterea non ligata huic nostræ consuetudini, vt latè dixi supra in 7. q. vult illum contractum omnino seruare: at is, qui cum ea contraxit, non vult seruare, dicitque nullum fuisse ex defectu consensu, qui in eo adhiberi debuit. Quid iuris: Et sanè nemini dubiù est, quòd licèt à principio contractus non tenuit: tamen vxor cum sui iuris effecta est, nec amplius requiritur viri autoritas, potest ad suum præiudiciù habere ratum, id est, ad hoc, vt is, qui cum ea priùs contraxit, illam post ratificationem cogat obseruare, per no. in ti. C. si maior factus, per totum, & in l. si pupillus. in prin. D. de noua. cum si. Sed hic aliud quærimus, An videlicet possit ea cogere eum, qui cum ea contraxit, obseruare còtractum. Et videtur quòd sic, per id quod in simili dicitur in l. cum interdicit. C. arbi. tut. vbi minor potest approbare contractum venditionis, aliàs nullum, & factum sine solennitate requisita: & ita cogere emptorem, vt pretium restituat. Et propterea ex ea no. Bal. quòd contractum nullum ob fauorem alicuius, potest ille approbare. & allegat opti. text. pro concor. in l. Iulianus. §. si quis colludente. & §. seq. D. de actio empt. vbi & illud idem de minore & pupillo dicitur. Et illud præterea, quòd si quis à meo procuratore colludente emerit, licèt stare non teneat huic venditioni: si tamen velim, possum cogere emptorem, vt stet. Et illud tex. dicit sing. Bal. in l. dolum. in fi. C. de peri. & commo. rei. vend. & no. Pet. Anch. in c. quàm sit. col. 1. de elect. lib. 6. Et ita quod de minore diximus, expressè voluerunt Fulgo. & Alexan. in l. cum hi. §. eam transactionem. D. de transac. Alexand. in addi. Bart. in l. cum lex. in vlt. addi. D. de fideiuss. & Mathefa. in notab. 156. nota quòd si minor: vbi tamen iura superiora non allegat, sed alia quædam, in ar. & Socin. confi. 80. præfens consultatio. lib. 4.

92 **¶**Et idem quoque, in ecclesia, vt videlicet si alienauerit sine consensu Episcopi, possit Episcopus potest stare contra contractum adhibendo legitimas solennitates, per tex. no. in l. si qua de rebus. 12. quæstio

quæstione secunda: quem ita intelligit glo. post Hugo. in c. 1. in verbo sede vacante, paulò ante si extrà, ne fed. vacan. & ibi sequuntur Hosti. Anto. & Panor. ante finem, qui dicit illum textum esse ad id menti tenendum, & illam glo. esse no. Atque etiam Inno. Hosti. Ioan. And. Card. Flor. Panor. qui & id dicit notandum, & communter omnes in c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu. cap. Anto. in c. si quis presbyterorum, columna prima, in fine, de reb. eccles. non alienan. & confi. 2. 2. visis punctis, columna prima, ad finem. Raphael Fulgo. & Iason in d. §. eam transactionem. Mathefa. in d. no. 156. Alexan. in d. l. cum lex. vbi supra. D. de fideiuss. & Mathefa. in d. phi. 15. duodecima conclusio, post princi. Philip. Deci. in c. quæ in ecclesiis, col. 3. verfi. addatis tamen, quòd si alienatio, de constit. & Carol. Ruin. confi. 11. viso compromisso, col. 3. num. 6. lib. 4.

93 **¶**His confine est, quòd licèt contractus bonæ fidei, inuito dolo aduersarij, sit ipso iure nullus: est tamen in arbitrio eius, qui dolum passus est, approbare contractum, & cogere aduersarium, vt eum obseruet. Ita voluit glo. in l. & eleganter in prin. in verbo, nullam, & iterum in verbo, ipso, verfi. item ad quid, & ibi Bart. Bald. col. 3. in priore lect. D. de dol. mal. & glo. in l. iuris gentium. §. Prætor ait. in verbo, dolo malo, & ibi etiam Bald. Ang. Alex. & Iason. D. de pactis. & glo. in l. à Diuo Pio. D. de rit. nupt. & in l. in causa. la. 2. in prin. & ibi quoque, Bal. in 3. lect. D. de minori. & glo. in l. transactionem, & ibi Iason. C. de transac. Fed. Senen. confi. 89. puto. Bald. in l. quod fauore. col. 2. per eum tex. C. de legib. & in l. 1. col. 2. C. plus val. quod agit. & in d. l. dolum. C. de peri. & commo. rei. vendi. & in l. si res. §. si mulier. per eum tex. D. de iure doti. Anton. d. confi. 2. Panor. in c. cum dilecti, col. 2. verfi. item cape aliam, extrà de empt. & vendi. Pau. Ca. con. 2. 95. si dicta pignora. col. 1. lib. 2. vbi & ex hoc consuluimus in alio pulchro casu Iason in d. §. eam transactionem. Feli. in c. dilectus. le. 2. col. 5. verfi. tertio facit. extrà de rescriptis. & in c. tuis quæstionibus. col. 1. de testib. Carol. Ruin. confi. 198. viso & perlecto, confi. 6. num. 12. lib. 1. D. Igneus in l. contractus. col. 34. verfi. nunc restat articulus, & multis seq. D. de reg. iur. Ludouicus Gomez, in §. actionum. col. 10. verfi. ad text. Instit. de actio.

94 **¶**Huiusque rei argumento & exemplo, quod de dolo diximus, Bald. in d. l. 1. col. 2. verfi. sed hic quæro, & ibi quoque Salic. col. 2. verfi. quæro, vnus ex contrahentibus. C. plus val. quod agit. dicunt, quòd si ex duobus contrahentibus, alter tantum simulabat, is qui non simulabat, sed verè contrahebat, potest cogere simulantem, velit, nolit, stare contractui, nisi aliàs lex ei resisteret. Nam & id generale est, vbi cunque contractus annulletur fauore alicuius, si is velit, stabitur contractui, nec contra eum poterit ea nullitas allegari, vt per quædam ex superioribus voluit Bar. confi. 159. visa quadam constitutione, col. 3. & faciunt no. per eundem in d. §. si quis à colludente. & in l. si quis. C. de Decuri. lib. 10.

95 **¶**Hinc clausula decreti irritans, tum demum nullitatem operatur, si is, ad cuius commodum posita est, velit, non aliàs, vt not. Ioan. Mo. Ioan. Andr. Domin. in c. statutum, quod est 3. & ibi quoque Philipp. Franc. colum. vltim. qui id declarat post Lapum ibi, de præbend. lib. 6. Imo. in c. statutum. §. cum verò. & ibi etiam Domin. colum. §. verficu. not. tamen ex gloss. de rescript. libro 6. Benedict. in repetit. c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le 1. numero 91. vbi & in aliis præcedentibus huc refert, quod in simili dicitur emphyteutam alienantem, vel non soluentem, non cadere emphyteusi, nisi dominus velit, & alia quædam similia. Sed nos multò plura eius monetæ collegimus in repetit. l. si vnquam. in verbo, reuertatur, numero 10. fuerunt tamen, & seq. vsque ad numerum 16. inclusiuè. Sed tu tamen, quantum ad decretum priuatim spectat, vide Felin. in c. cum dilecta. col. 14. verfi. sed quicquid dicatur, extrà de rescript. & quæ scripsimus in d. l. si vnquam. vbi supra, numero 331. illud autem omnino.

tractui factio ab ecclesia sine autoritate illius.

Contract. dolo inuito ualeat, si passus uelit.

Similis cogitur stare contractui simulato, si non simulans uelit.

Decretum non irritat, nisi uelit is, cuius fauore positum est.

Emphyteuta non soluens, uel alienans, cadit, si dominus uelit.

96 ¶ Eiusdem farinae est, quod pulchrè consuluit Petrus Ancharanus, consi. 147. super prædicto dubio, quòd si in contractu fuerit conuentum, quòd si vnus contrahentium contrauerit, contractus ipse erit nullus, & postea vnus contrauerit, poterit nihilominus alter, si velit stare contractui, & cogere aduersarium, vt adimpleat: & idem dicit consuluisse Dyn. in consi. incipi. in quaestione quae vertitur. Et sequitur Feli. in d.c. dilectus. le 2. & in d.c. tuis quaestionibus. in quibus locis & alia quaedam familia allegat, quae videre poteris, ne si omnia referre tentauerim, omnia cogar relinquere.

97 ¶ Quid plura: cum Paul. Castr. consi. 91. in causa appellationis, col. 3. vers. secundo dicitur non fuisse facta, lib. 1. consuluit in simili fermè statuto, videlicet, quòd mulier non possit se obligare sine praesentia proximorum confanguineorum: si mulier tamen se obligauerit sine huiusmodi solennitate, ea potest statutum allegare contra alios, vt obligationem impugnet: at alij contra eam, in cuius fauorem factum est, minimè possunt, per not. per glo. in l. his consequenter. D. fami. herci. & alia, quae ibi allegat. & idem propè voluit ipse Pau. consi. 119. videtur dicendum super primo, in 2. dubio, lib. 2.

98 ¶ Sed haec omnia velim intelligas, ne fallaris Lector, vt scilicet is in cuius fauorem contractus est nullus, possit si velit ei stare, & cogere etiam aduersarium eum sequi, nisi tamen lex resisteret ipsi contractui, vt quae prohiberet fieri. Tunc enim nec is quidè, cuius fauore interdicitur, posset eum approbare. Cuius rei tex. habes & exemplum in d.l. à Diuo Pio. iuncta glo. D. de rit. nupti. quam glo. ad id expendit, & dicit sing. Bald. in d.l. 1. vbi supra citauimus. C. plus val. quod agi. & in l. non dubium. col. 7. in 9. oppo. C. de legib. & in l. ea quae. C. de donati. ante nupti. & Panor. in d.c. cum dilecti. vbi supra, de empti. & vendit. & Alexand. in d.l. iuris gentium. §. Praetor ait. D. de pactis. vbi idem dicit, cum talis contractus continet causam impossibilem, per textum in d.l. ea quae. vbi & ipse Bald. id not.

99 ¶ V N D E C I M O Q V A E R O, Quid è diuerso, an saltem soluto matrimonio teneatur, & possit cogi mulier, aut eius haeredes obseruare contractum ab ea factum constante matrimonio, sine consensu mariti? In antiquo libro nostrarum consuetudinum id erat expressè cautum, videlicet vt teneret huiusmodi contractus soluto matrimonio, in praedictum vxoris, & haeredum ipsius, & ita obseruabamus: sed id fuit resectum, idè relictum dispositioni iuris communis. Videtur autem primum tenere contractum, & ita mulierem soluto matrimonio, ad ipsum obseruandum teneri. Quia quando aliquid fit à non domino, aut aliàs inhabili, si is postea efficiatur dominus, aut aliàs habilis, dispositio sortitur effectum. l. rem alienam. D. de pigno. actio. & l. qui balneum. §. Titia. D. qui poti. in pig. hab. & l. si quis alienam. D. de actio. empr. & l. 1. in princi. & l. 2. D. de excepti. rei iudi. & l. si à Titio. D. de rei vendi. & l. apud Celsum. §. si à Titio. D. de dol. mal. excep. & l. filiam fratribus. D. ad S. C. Trebel. & l. quod in rerum. §. 1. D. de lega. 1. Praeterea cum quid venit ad eum casum, à quo incipere potuit, illud reconualefcit. l. si rem. D. de verbo. oblig. & l. minore. D. de ri. nup. & l. interuenit. D. de lega. praet. & l. cognatis. D. de reb. dub. & l. 1. §. 1. & §. si quis. D. de leg. 3. Item quis non potest venire contra factum suum, ex eo quòd de iure non teneat. l. post mortem. D. de adopt. & l. per fundum. D. de seruit. rusti. praed. & l. vendicantem. D. de euic. quae loquitur in venditione. Nec tunc habet locum argumentum de tanquam (vt nostri appellant) quando contra factum suum quis venit. l. siue possessio. C. de euic. & quod nota. in l. eos, in prin. C. de appel. Et facit text. in l. si non forem. §. si filius, & ibi no. D. de condi. indeb.

100 ¶ Propterea in simili dicimus, quòd licet vxor non possit, constante matrimonio dotem alienare, quatenus viro praedictat. l. si praedium. C. de iure doti. & l. constante. C. de donat. cum sim. quoniam videlicet maritus constante matrimonio est dominus

minus dotis, vt ibi dicitur, & in l. doce. C. de rei vendi. cum sim. valet tamen ea alienatio soluto matrimonio, in praedictum ipsius mulieris, vt voluit glo. sing. in d. l. constante. quam sequuntur Ioan. Fab. & Bal. ibi & Ia. Ra. Cy. Bald. & Rapha. Co. in d. l. si praedium. & Specul. in tit. de empti. & vendi. §. tertio loco. vers. sed nunquid. & voluit etiam Bald. consi. 422. res dotalis, in prin. lib. 2. & consi. 53. quaedam domina Rufabella. ad fin. versic. modò sequitur videre, libro quinto, vide tamen infra, numero 104.

101 ¶ Et facit etiam, quod in simili scribitur in l. & haeredi. §. filiafa. D. de pactis, vbi licet filiafa. sola & sine patre, non possit remittere marito restitutionem dotis profectitiae, quin possit pater cum ipsa dotem repetere: postquam tamen sui iuris fuerit facta filia, nocebit illi huiusmodi liberatio. De quo etiam est text. & quidem expressior in l. 2. §. quòd si patris, vers. item si voluntate. D. sol. matr. Id quod dicit Nicol. Neapol. ad id facere, vt si filius patre viuente liberauerit debitores patris, huiusmodi liberatio sibi praedictabit haeredi ipsius effecto. Quod & idem voluit Alberi. in rubr. D. de pecul. lega. col. secunda, & item in l. dominus. §. vlti. post Dy. ibi. co. tit. & in l. filiusfa. etiam post Dy. ibi. D. de solutio.

Filia sola potest remittere restit. dotis ad sui praedictum.

102 ¶ Et idem, si filius vendiderit rem patris, viuente ipso patre, vt ei haeredi patris postea defuncti nocet, tener glo. in l. nec nos. in verbo. transigi, & ibi quoque Alberi. Bald. Ang. & Salyc. C. de postli. reuer. Guid. Suz. & post eum idem Alberi. in l. cum vir. D. de vsuca. & in l. filius pacifendo. C. de pactis. vbi dicit hanc op. communiter approbari. & in l. 1. §. quod ait Praetor. le 2. D. quor. legat. Cui sententiae maximum arg. praebet text. in l. sed Iulianus. §. sed et si filiusfa. D. ad S. C. Maced. vbi si filiusfa. rem patris, viuente ipso patre pignori dederit, & is postea patri haeres fuerit, & pignus persequatur, doli exceptione summouebitur.

Filij liberatio debitorum patris ei nocet postea haeredi effecto. Filij item uenditio rerum patris. Et pignatio.

103 ¶ Et haec admodum confirmat text. ab omnibus propè supra dictis allegatus in d. l. cum vir. D. de vsucap. vbi licet vir constante matrimonio non possit dotem alienare, si tamen alienauerit, & soluto matrimonio dos ipsius lucro cesserit, tenebit alienatio, & est similis text. in l. pen. D. de fund. dota. Et id quoque etiam voluit glo. in d. l. constante. C. de donati. & Alberi. in l. 1. C. de feud. dota. Ex illòque text. in d. l. cum vir. dicit Bart. ibi, col. pen. vers. sed pone statutum, quòd stante statuto, vt debitor bannitus pro debito, non possit contrahere, nisi id debitum soluerit, si quis ita bannitus contraxerit, posteaque illud debitum soluerit: confirmatur contractus ab eo bannito factus ante solutionem, nempe remoto obstaculo impediante. quod refert & sequitur Panor. qui ad alia quoque trahit, in c. cum ex officij. col. pen. vers. ad hoc adduco, extrà de praescripti. Et alius quoque tex. in l. si dubitetur. §. filiusfa. D. de fideiuss. vbi licet filiusfam. qui pro patre fideiussit, non teneatur tantisper, dum est in potestate patris: tamen cum primum iuris sui postea effectus est, tenebitur.

Dotis alienatio à viro facta, ei nocet, si eam lucretur.

104 ¶ Contrarium quoque videtur, vt scilicet mulier soluto matrimonio non teneatur stare huic contractui facto constante matrimonio, sine consensu, & autoritate mariti. Nam fauore mulieris statutum est ne possit contrahere sine huiusmodi consensu, & autoritate, vt supra dictum est alibi. Ergo potest ipsa hoc casu venire contra factum proprium, per l. si is. C. de praedi. mino. & Authen. qui res. & ibi no. C. de sac. eccles. & in l. cum lex. & ibi no. D. de fideiuss. Idèò quando fauore decepti contractus est nullus, potest ipse deceptus contrahere, vt not. in d. l. elegantior. in prin. D. de dol. & l. si res. §. 1. D. de iure doti. & no. in l. cum ab eo. D. de contrah. empr.

Contra supra dicta.

105 ¶ Nec videtur obstare, quòd hodie mulier ista est sui iuris, quia initium contractus debet attendi. l. si filius. D. de verb. obl. & l. 1. §. si seruus. D. de po. & l. Pomponius. §. 2. D. de nego. gest. & l. si procurator. in prin. D. mand. Et licet sit nunc sui iuris, tamen

Initium contractus inspiciendum. nisi

nisi de nouo consentiat, quod primùm inutiliter fuit gestum, non confirmatur. l. si verò non remunerandi. §. si filio. & quod ibi not. D. mand. & l. si filiusfa. D. de testa. vbi si filiusfa. aut pupillus, aut seruus testamentum fecerit, non potest ex eo peti bonorum possessio, licet filiusfa. sui iuris aut pupillus pubes, aut seruus liber factus decesserit, & similis text. in l. i. §. exigit Prætor. & §. seq. & l. pen. §. testamento. D. de bono. poss. secund. tab.

106 ¶ Ideò quātum ad primum illum casum pertinet, videlicet de alienatione dotis facta per vxorem, sunt qui tenent contrarium, videlicet non valere eam alienationem, etiam soluto matrimonio, scilicet glo. sibi contraria in §. 1. in verbo, interdicta. & ibi Ange. Aret. qui dicit hanc esse communem opi. Instit. quib. alie. licet, & alia glo. in l. i. §. & cum lex. & ibi Cyn. C. de rei vxo. acti. Specul. sibi etiam contrarius in eo. tit. scilicet de empti. & vendi. eodémque §. tertio loco. versi. quid ergo si vir, ad si. ibi, consuevit autem notari, & ibi Io. An. in addi. & Sali. in d. l. si prædium. in 3. quæst. in fi. C. de iure doti. Alberi. dum hanc opinionem ponit posteriorem in d. l. i. C. de fund. dota. per l. quemadmodum. C. de agr. & cen. si. lib. 11. Imo in d. l. cum vir. D. de vsucap. & in c. cum contingat. col. 11. versi. circa primum, & expressiùs col. 14. versi. nunc restat videre, extrà de iure iur. & Io. Lup. in rep. rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 17. col. 2. versi. quæ quidem alienatio. De cuius rei veritate latè comperies per Vital. de Camb. in tractatu clausularum, char. 96. col. 3. & aliquid per Stephanum Bertrand. confi. 95. honesta. col. 1. lib. 1.

107 ¶ Sed & in illo casu de filio, qui viuente patre liberavit debitores ipsius patris, contrarium quoque eius, quod supra diximus, tenuerunt Paul. Castr. Alexand. Franc. Areti. & Iason in d. l. 2. §. quod si patris. versi. item si voluntate. D. solu. matrim. moti, quia in illa actione de dote, de qua loquitur d. l. & hæredi. §. filiafa. D. de pactis. & similes, filia habebat ius de præsentis, quod potuit remittere in sui præiudicium. At filius viuo patre nullum ius habet contra debitores paternos, sed sperat habere ius per successiōem: vnde non valuit à principio, ideo nec ex post facto videtur posse reconualescere. De quo etiam videtur esse text. expressus in l. & seruum hæredem. versi. idem probat. D. de pactis, & ibi Paul. Castr. Sed & tu de hoc vide Dyn. Bart. & Alexand. in addi. ipsius, in l. cum dominus. §. filius. D. de pecul. lega. Dy. & Bart. in l. filiusfam. la. 1. D. de solut. Specul. tit. de pact. §. instrumentum. versi. vltim. Lap. Pet. Anc. & Domi. in c. quamuis. col. 3. versi. quid si filius. & ibi Georg. Nat. in repet. col. 18. versi. quid autem si filius, de pact. lib. 6. Bald. Paul. Cast. Alex. & Iason. in liuris gentium. §. si ante. D. de pac. Fulgo. & Pau. Ca. in l. vlti. C. eo. tit. Paul. Cast. Iason. & Philip. Deci. in l. filius pacificendo. C. eo. tit. Hercula. & Tho. Parp. in d. l. 2. §. quod si patris. versi. item si voluntate. D. sol. matrim. Philip. Deci. in l. quod in iniurio. col. 1. versi. similiter liberatio. D. de reg. iur. & Io. Montefer. in repe. l. frater à fratre. in 2. 2. q. D. de condi. indeb.

108 ¶ Sed quicquid sit in illis speciebus, statim ac prima facie videri posset in nostro casu, mulierem soluto matrimonio, non teneri stare contractui, quem fecit constante matrimonio, non obseruata solemnitate nostræ cōsuetudinis, cum ab initio non tenuerit ex defectu solemnitatis, non magis quàm maior contractui, quem fecit dum esset minor sine autoritate sui curatoris, nisi ratum de nouo habuerit. Nam & in simili dicit Bald. in rep. l. i. col. 7. versi. sexto incidenter quæro. C. de sacro. eccle. quod si filiusfam. fecerit testamentum ad pias causas, sine consensu patris, qui tamen requiritur, per c. licet. & ibi Doc. de sepult. lib. 6. si pater moriatur, non propterea conualescit testamentum, nisi denuò testamentum confecerit, per tex. in l. i. §. si filius. D. de legat. 3. & l. 1. D. de reg. Cato. Quinetiam Signo. confi. 136. filiusfam. nõ. consuluit, quod si filiusfa. rem aduentitij peculij inscio patre vendiderit, patre mortuo poterit ipse filius rem ipsam ab emptore reuocare. & ad hoc multa allegat, ex quibus supra multa adscripsi.

¶ Est

109 ¶ Est tamen in hoc casu nostro imprimis videndum, an huiusmodi consensus mariti hic requiratur ad solemnitatem, & in fauorem mulieris, nempe propter sexus fragilitatem, an verò propter mariti præiudicium, de quo supra latè diximus in glo. 6. numero 37. restat igitur, & seq. vsque ad fi. eius glof. Nam si illud respicit, planum est etiam soluto matrimonio non tenere contractum, ea, quam diximus ratione: si hoc, contra tenebit. Et ita scilicet tenere, iudicatum est, vt audio, in Senatu Parisiensi 27. die Martij, anno 1520. ante Pascha inter Ioannem Cochot, dit de Bidan, & Carolum Guesdon. & iterum die 7. Septembris, anni seq. inter easdem partes. Sunt autem quedam consuetudines expressæ in contrarium, vt scilicet non valeat huiusmodi contractus soluto matrimonio, scilicet Borboniorum cap. 171. & Biturigum, tit. 1. cap. 17.

De eadem re.

110 ¶ **DE DECIMO QVAERO**, Quid, si mulier velit donare filiis suis, an requiratur consensus mariti, requisitus ex hac nostra consuetudine? Bald. confi. 407. Præsupponendū est quod in terris, lib. 2. mirabiliter simul & singulariter cōsultuit, statutum, quod requirit consensum proximorum in contractibus mulierum, non habere locum, cum mulier donat liberis. Mouetur, quia hæc donatio collata in liberos pietatis ratione, non intelligitur esse prohibita. l. 1. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. & l. voluntas. C. de fideicom. Et quia etiam huiusmodi statutum emanauit propter fragilitatem mulierum: quæ ratio non potest hoc casu procedere, cum mulier non id ex fragilitate facere videatur, sed potiùs ex pietate, per l. liber captus. C. de capti. & postli. reuer. Quæ quidem decisio eadem ratione procedit in casu nostræ consuetudinis, si ea fuit inducta ob fragilitatem mulierum, de quo alibi diximus.

An hæc cōsuetudo habeat locum in donat. facta ab uxore liberis.

111 ¶ **DE DECIMOTERTIO QVAERO**, Certum est in iure, quod vir & vxor possunt inuicem contrahere: vt de mutuo est tex. in l. pen. in prin. & in l. vlt. D. de in rem verso. & in l. Aurelius. §. vlt. D. de libe. lega. De venditione in l. si vir. D. de præscrip. verb. & in l. cum in fundo. §. vxor. D. de iure doti. & l. si sponsus. §. circa venditionem. D. de donat. inter vir. & vxor. & l. quod autem. §. si vxor à marito. eo. tit. & rursum in l. sed si vir ex lana. §. si duo. & §. si vir. eo. quoque titu. & l. si non verum. & ibi glof. & Doct. eod. tit. & l. si Gaudentius. C. de contrah. empti. & vendit. De societate, in l. ex diuerso. §. 1. & ibi Bal. Imo. & recenti. qui cum §. legunt cum §. socero. l. præcedentis, quæ est, l. rei iudicata. D. sol. mar. & l. alimenta. §. qui societatem. D. de ali. & cib. lega. & l. cum hic status. §. si inter virum. D. de donat. inter vir. & vxor. & voluit Bald. in l. si vxor tua, col. 2. versi. denuò quæro. C. de condit. insert. De permutatione, in l. si prædia. in prin. & ibi Bald. de donat. inter vir. & vxor. De deposito, in l. vlt. versi. idem quærit. D. vt lega. nomi. caueat. & Bald. in d. l. si vxor tua. col. 3. versi. extrà quæritur. De pignore, in d. §. si vxor à marito.

Vir & uxor possunt inuicem mutuo dare. Emere & uide dere.

Societatem contrahere.

Permutare. Deponere.

Pignere.

112 ¶ Idq; ad omnes contractus præterquam ad donationem, vbiq; trahunt Doctor. vt Bald. in d. l. si prædia. & confi. 29. casus, vir donauit, col. vlt. versi. secunda conclusio, lib. 1. & confi. 66. inter virum & vxorem, eod. libr. 1. Fulgo. in l. si mater. C. de contra. emptio. latè Alexan. confi. 86. super dictis duobus quæstis, in princ. lib. 5. vbi Caro. Molend. in addi. alios citat, quos videbis, & præter eos Georg. Nat. in repe. c. quamuis, col. 11. versi. secundò not. de pactis, lib. 6. Fab. à Monte S. Sab. in tractatu de empt. & vendit. in 2. q. 3. q. princip. & Philip. Deci. confi. 58. cuius superscriptio incipit, si maritus.

113 ¶ Quid ergo, si vxor donet viro, in casu permissio, aut ei vendat, aut cum eo permittet, aut alias contrahat: poteritne maritus autoritatem, aut consensum, qui ex nostra consuetudine, in contractibus vxoris requiritur, ad suum commodum & utilitatem interponere? Et videtur primum, quod non possit, per tex. in l. 1. in prin. D. de autori. tut. & in l. i. §. fuit quæsitum. D. ad Sc. Trebel. quibus iuribus cauetur, non posse quempiam autoritatem accommodare ei actui, ex quo sibi principaliter ali-

An uir possit autoritatè præstare uxori secum contrahenti.

quid quæritur: idque etiam si fiat iussu testatoris: nam & in eo casu nuncupatum loquitur d. §. fuit quæsitum.

114 **¶** Et ex hoc expressè not. Bart. Imo. & Alex. in d. l. i. de auto. tuto. quòd cum per Italiam sint statuta, ne mulieres, & minores contrahant, sine consensu proximorum, non possunt ipsi proximiores illis consensum præstare in eo, quod sibi directè est quærendum, & idem voluit Bal. consi. 139. secundum tale est, D. A. post mortem, in fi. lib. 2. & consi. 407. præsupponèdum est, col. 2. vers. præterea considerandù, eo. lib. 2. & consi. 193. punctus, prohibetur per statutum, lib. 5. & Ang. loquens etiam in statuto requirere consensum mariti, in §. æconomus, per illum text. in Auth. de ali. & emphy. Imo. Raph. Co. Alex. & Iaf. in d. l. i. §. fuit quæsitum. Ad Trebel. Panor. qui hoc dicit notandum, in c. sicut nostris, col. vlt. extrà de iureiur. Pau. Ca. in l. senium. C. qui testa. fac. poss. & consi. 329. visis & consideratis, col. 3. vers. itaq; quia secundum, lib. 1. & consi. 319. viso puncto, col. 1. lib. 2. Ro. in l. i. C. vnde vir & vxor. & in l. pactu. col. pen. vers. præterea contra hoc. C. de collati. Alex. consi. 106. quoad præfens, col. vlt. lib. 1. & Barb. consi. 41. immortalem, col. 3. lib. 4. Philip. Corne. consi. 254. videtur in hac consultatione, col. 4. vers. præterea cõsensu, cum seq. lib. 1. & consi. 294. eleganter, col. 1. vers. & dum Pisis legebam, eod. libr. 1. vbi dicit in hac partem consuluisse Bal. à Bart. Barpt. Soc. Salust. Benedic. Bar. Othonem, Nicol. & alios plures præclaros Doct. Et idem quoq; tenet Cepo. caut. 237. vt vxor possit instituire: & Benedic. Capra. consi. 144. pro præfati dubij declaratione, col. 3. & Io. Lup. in reper. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 68. col. 5. vers. ex quo dicebat. Et idem in statuto, quòd nullus possit contrahere sine consensu patris, tenuit Pau. Ca. consi. 405. viso compromisso, post prin. lib. 1. & Iafon. consi. 69. vt præfens decisio. in 2. dubio, lib. 1.

115 **¶** Et in simili dicit glos. in d. l. i. de auto. tut. quòd cum filiusfa. non possit donare causa mortis sine patris consensu. l. filiusfam. de donat. & l. tam is. §. 1. de don. caus. mor. non potest pater consensum accommodare filio sibi donanti causa mortis. Et illam glos. sequuntur Dy. & Bar. ibi. & idem Bar. in d. l. tam is. §. 1. col. vlt. & in l. frater à fratre, col. vlt. in 6. q. de condit. indeb. Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de instr. edit. §. porro. col. 1. vers. quòd si filiusfam. Ioan. Fab. in l. senium. C. de testa. & in §. 1. col. 2. vers. sed an ipsi patri, Instit. quib. non est permiff. fac. testam. Bald. in l. si furiosi, ad fin. C. de nupt. & in l. bonorum. colum. vltim. versic. & ex prædictis determinatur quæstio, & ibi Bart. in addit. illius, qui facit singul. illam glossam. C. qui admitt. & idem Baldus in dicta l. si vxorem. col. 1. C. de condit. infer. & in l. quoties in fin. de solut. matri. vbi & eam gloss. dicit singul. & in c. cum consuetudinis. circa medium, versic. & ideò si filiusfam. extrà de consue. & consi. 213. occurrit dubium, in princ. lib. 2. & con. 290. hæ quæstiones, lib. 3. & con. 331. quædam puella, eod. lib. 3. & con. 60. soluto matrimonio, lib. 4. vbi hanc dicit esse communem op. & consi. 80. præmittendum est, col. 1. lib. 4. & consi. 199. refutatio, lib. 5. Angel. consi. 303. factum tale est, filia refutauit. Imol. in d. l. i. §. quæsitum. & ibi Socin. qui dicit, quòd etiam est communis opinio. colum. 4. vers. cu. postremò. Ad Trebel. & idem Imo. in l. in adibus. §. quòd si filius. de donat. Ro. in l. 2. in prin. col. 2. vers. tertio in quantum. de co. Pau. Cast. consi. 459. sequendo ordinem, in princ. libr. 1. & consi. 465. viso compromisso, col. 1. eo. lib. 1. & Pet. Ferr. tit. forma libel. quo agi. pro donat. in glos. 1. col. pen. vers. vlt. quæritur. Nicol. Mil. in suo reper. vers. filiusfa. Barb. d. consi. 41. col. 3. lib. 4. Corne. d. consi. 294. lib. 1. Guid. Pap. qui dicit ita fuisse determinatum, Deci. Delphi. 229. item in causa. Soci. consi. 112. repetitio consi. 172. multum abundè, col. 2. vers. succedit nunc secunda difficultas, lib. 2. & consi. 23. circa prædictam, col. 3. vers. quantum autem ad secundam, lib. 4. vbi ita quoque dicit Salustium Perusinum consuluisse. Cardi. Alex. in c. vlt. in princ. colum. 4. vers. quid econtra, de dona. inter vir. & vxor. Philip. Deci. consi. 279. placet mihi, col. 2. Ludo. Bol. conf. 44. cor mundum, &c. pro tanto visis statuto, &c. in princ. Anto. Rubeus. consi. 27. difficultas casus, col. 3. vers. præmissis tamen non obstantibus. & consi.

127. cit

127. circa dubium, col. 2. Et ab hac op. negat recedendum in iudicando Steph. Bert. consi. 86. Christi, &c. visis tribus, col. 1. lib. 1. & Paul. Paris. qui dicit, ab hac opinione in iudicando non esse recedendum. consi. 97. statutum. colum. vlt. lib. 3. Et in hanc etiam partem bene facit text. in Cle. si vna, & ibi glos. in verbo, mensæ suæ, & Doct. de reb. eccles. non alien. & quod voluit Panor. in c. per nostras, extrà de iure patr.

116 **¶** Sed in hoc vltimo, de filiofam. donante patri (nam de alio postea dicemus) contrarium tenuerunt Iac. Ra. Pe. Cy. & Alex. in addi. Bart. in d. l. i. de auto. tuto. Cy. Ray. Marti. Saly. Alberi. vterque Raph. Floria. & Paul. Ca. in d. l. senium. C. qui testa. fac. poss. inter quos Paul. asserit, ita se consuluisse cum pluribus Doct. Perusinis. Bal. sibi contrarius in d. l. si quando. §. 1. C. de inoffic. testam. & suboscure ita consuluit consi. 144. statuto ciuitatis Papiæ, lib. 2. & latè & apertè d. consi. 60. soluto matrimonio, lib. 4. dum dicit hanc partem esse de iuris subtilitate veriore. Angel. etiam sibi contrarius, qui ita dicit se consuluisse. Raph. Co. Paul. Castr. & latè Alex. col. 3. & 4. & Iafon. col. 1. vbi ita dicit magis communiter teneri, in d. l. i. §. fuit quæsitum. Ad Trebel. & ita à plerisque consuluisse dicitur ipse Ang. consi. incip. factum tale est, domina Legia: quod tamen consi. inuenire non potui inter ipsius consi. licet diligenter conquisierim. Nico. Neap. & Pau. Ca. in l. qui in potestate. de testa. idem Paul. in l. si quis mihi bona. §. si quis mandauerit. de acqui. hare. Rom. sibi etiam contrarius consi. 515. in quæstione qua quæritur. Fulgo. consi. 88. visis superius allegatis, col. 2. vers. verum hæc secunda. Alex. latè. d. consi. 106. & iterum consi. 29. subtiliter, col. pen. vers. & pro hoc etiam facit, cum multis seq. lib. 3. Barb. sibi contrarius in addi. Bal. in d. l. si vxorem. C. de condi. infer. & in c. possessiones. col. vlt. extra de reb. eccle. non alien. & Soci. sibi item contrarius, consi. 87. in præfenti consultatione, col. 2. vers. sed ad prædicta, lib. 1. & Steph. Bertran. sibi contrarius consi. 7. etiam si caueretur, num. 3. lib. 2. & consi. 32. optassem, col. 2. vers. ad secundum, lib. 3. & consi. 156. ex themate, col. 3. in 3. dubio. lib. 4. & Benedic. in repet. c. Raynutius, in verbo, matrem in super Cleram, num. 46. & nouissimè Io. Montef. in repet. d. l. frater à fratre. col. 15. vers. vndecimò quæritur.

117 **¶** Mouentur, qui hanc partem sequuntur, primò per text. in l. i. circa princ. C. de impo. lucra. descript. lib. 10. vbi filiusfam. potest conferre in patrem suas facultates in postrema voluntate. quod de donatione causa mortis intelligendum est, cum testari non possit etiam consentiente patre, per d. l. senium. & l. pen. C. qui testa. fac. poss. At certum est, quòd filiusfam. non potest donare causa mortis, sine patris cõsensu, vt diximus. Ex quo necessariò fit, vt in casu illius l. pater consensum præstiterit, alioquin non valuisset donatio. Item per text. in d. l. i. §. sin autem. Ad Trebel. vbi potest restitui hæreditas ei, qui præst collegio, cum decreto, & consensu ipsius collegij. Item per text. in c. cum in iure. de offi. deleg. vbi potest quis sibi, & ad suam utilitatem consentire & ibi concord. in glos. Præterea pater potest consentire filio aduenti hæreditatem, d. l. si quis mihi bona. §. iussu. cum seq. de acqui. hare. & tamen hæreditas pleno iure patri quæritur. l. placet. de eod. cum similib. Ad hæc, si negaretur, posse filium donare patri, cum consensu ipsius patris, sequeretur quòd patria potestas, quæ est ad acquirendum patri destinata, & ita in fauorem patris introducta, retorqueretur in ipsius odium, contra l. quod fauore. C. de legib. cum si. Denique adde text. in l. si pro patre. §. 1. ibi, nisi donans. de in rem ver. & in l. si quis pro eo. §. 1. de fideiuf. & in c. cum in veteri. extrà de elect. & quod voluit Io. Ant. in c. qui tacet. de regul. iur. lib. 6. & in addi. Specul. tit. de his, quæ fiunt à Prælat. col. pen. & vlt. & Anto. in c. nouit. extrà eo. tit. cum aliis, quæ videbis supra in glos. præcedenti, num. 27. quibus concinit quod pulchrè voluit.

118 **¶** Respondent quoque iuribus, quibus innituntur, qui primam partem sequuntur. Nam d. l. i. de autor. tuto. & d. l. i. §. fuit quæsitum. Ad Trebel. loquuntur in auctoritate, quæ ex causa officij interponitur: hæc verò quæritur de simplici consensu,

11 2

qui priuatim adhibetur: qui quidem potest adhiberi ad propriam vtilitatem, per iura allegata pro secunda parte: sicuti præter illos, quos supra citauimus, tenuit etiam Socin. consi. 160. in præfenti consultatione, col. antepen. in princ. lib. 2. Item d. l. loquuntur in autoritate, quæ requiritur ad integrandam personam pupilli, supplendamque eius imbecillitatem: hinc verò secus, quoniam non minus est integri consilij, atque iudicij filiusfam. quam qui sui iuris est: & nulla ratione ætatis, aut discretionis habita, semper requiritur consensus patris: ideòq; talis consensus potest interuenire post actum, vt not. glos. & Doct. in l. vlt. §. necessitate. C. de bon. que liber. Quod non potest fieri, si per modum autoritatis, & ad integrandam personam requiritur, quin in ipso actu deberet interponi, vt latè diximus supra in gloss. 6. in princ. Item patria potestas ordinatur ad ipsius patris vtilitatem, & propterea non mirum, si interponatur ad ipsius patris vtilitatem, ad quam ordinatur. At autoritas tutoris, de qua d. l. loquuntur, ad hoc non ordinatur, per tex. elegantem & aureum, in l. qui sine vsuris. D. de nego. gest. Sed & d. Clem. si vna. de reb. eccles. non alie. cum aliis allegatis per Doct. loquitur in consensu superioris præstando in actu inferioris, per modum autoritatis, vt not. Ioan. And. post alios, in c. 1. de reb. eccle. non alie. lib. 6. & Doct. in c. cum vos, de his quæ fiunt à Prælat. Hinc verò secus, vt dictum est. Item autoritas Prælati non ordinatur ad suum commodum, sicuti nec tutoris: tutor enim, & Prælati æquiparantur, vt alibi latè diximus.

119 **¶** Sed redeundo ad primum casum, qui ad hunc locum propius accedit, videlicet ad statutum, quod exigit consensum mariti, aut proximorum in contractibus mulierum: fuit etiam, qui tenere contrarium eius, quod supra in princ. diximus, videlicet, quod maritus, aut consanguinei possunt huiusmodi consensum, ad suum commodum interponere. Ita enim videtur voluisse Oldra. consi. 182. licet victoria. & Bal. sibi contrarius in d. l. si quando. §. 1. C. de inoffi. testa. & consi. 6. hæc est copia, ante fi. lib. 2. & iterum consi. 407. præsupponendum est, verbi præterea considerandum est, lib. 2. & iterum consi. 80. præmittendum est ad euidentiā, lib. 4. & Angel. sibi etiam contrarius in d. l. 1. §. fuit quæsitum. D. ad Trebel. vbi ita dicit se consuluisset Tuderti, in quæstione facti: & ita sanè, cum ex facto incidisset, consuluit ipse consi. 143. tria videntur impugnare, & vtrobiusque iisdem ferme rationibus, quas supra in altero casu adduximus. Et Panor. sibi contrarius, in d. c. cum in veteri. col. 4. verbi nota tamen primum, de elect. Alex. sibi quoque contrarius, d. consi. 29. colum. pen. in fi. verbi confirmari potest, cum seq. libr. 3. & latè Corne. sibi item contrarius. consi. 242. circa primum quæsitum, in 3. primis col. lib. 4. & Ioan. Montefes. in repet. d. l. frater à fratre, quo loco supra citauimus.

120 **¶** Et in eadem quoque sententia videtur fuisse Bald. ipse in d. l. 1. post princ. C. vnde vir & vxor. dum consuluit, quod si stante statuto quod vxor non possit testari sine consensu viri, vxor velit virum instituere, vir ipse renuntiet iuri consentiendi, quod facere potest, cum sit introductum in fauorem ipsius, ar. not. in l. 2. C. de testa. & tandem ad cautelam cōsentiat. l. si pater, in fi. D. de manu. vin. vt saltè de facto obseruetur tenor statuti. l. quidam cum filium. D. de verb. oblig. Nec obstat (inquit) d. l. 1. D. de auto. tut. quia loquitur in autoritate, quæ exigitur fauore tertij, scilicet minoris: ideò tutor non potest ei renuntiare. Hinc autè videtur factum statutum in fauore viri. l. cū pater. §. libertis. D. de leg. 2. Hæc Bal. quæ sequitur Saly. ibi. & Barb. in c. possessiones. ad fi. ext. de reb. eccles. non alie. Et in hanc quoque partem videtur inclinare idem Bal. in l. partu quod dotali. in 21. q. C. de pac. de cuius inibi dicto latè diximus supra in gloss. 5. in verbo, *contracter*, num. 33. secundò intellige, & multis seq. & Roma. in l. transactionem. in fi. C. de transact. Et Socin. qui loquitur de consensu viri consi. 80. præfens consultatio, col. 3. verbi. sed contra hanc, lib. 4. vbi tamen non nihil nurat.

121 **¶** Mirum est, quod nihil fermè in iure nostro sine controuersia est, siue id iuris obsecritas efficit, siue ingeniorum subtilitas, siue contra imbecillitas, siue etiam studium

dium contradicendi, siue aliud quicquam. Alex. autem in d. l. 1. D. de auto. tut. & rursum in d. l. 1. §. fuit quæsitum. ad Trebel. & ceteri recentiores dicunt, quod decisio huius articuli ex eo pendet, an hoc statutum fuerit introductum in fauorem viri, siue propinquorum, an verò in fauorem mulieris ad integrandam illius personam. Nam si in fauorem viri, expeditum esse ad suum commodum posse consentire: sin ad integrandam personam, secus. Tandem concludit, videri factum ad integrandam personam, & suppleendam imbecillitatem mulieris, per not. per Barr. in d. l. transactionem. C. de transac. Ideòq; non posse maritum, aut consanguineos mulieris consentire ad suum commodum, nisi id palam fieret, & bona fide. per l. cum ipse. C. de contrah. empt. & quod plenè not. Barr. in l. pupillus. §. vlti. D. de auto. tuto. Et hoc (vt dicit) videtur sentire Cy. in d. l. senium. cum allegat. d. l. cum ipse. cum concord. traditis per ipsum Alex. in d. §. fuit quæsitum, in princ. & Soci. d. consi. 87. col. 2. ad fi. cum princ. seq. lib. 1.

122 **¶** Videant igitur studiosi, vtram huiusmodi sententiarum veriore sustinere malint. Non nostrum enim inter tot legum vertices, tantas componere lites. Tamen in casu nostræ consuetudinis semper existimauimus, eam magis considerasse viri commodum, quam fragilitatem mulierum, vt ego dixi supra eo. §. in gloss. 6. in fin. Ideò etiam passim vtimus, & consuetudine obseruamus, vt maritus ipse in casu, de quo loquimur, vxori sibi donanti, aut vendenti autoritatem accõmodet. Tamen si quis rem ipsam omnino claram, atq; apertam facere velit, vt ab omni dubitationis scrupulo sit prorsus aliena, id facile obtinebit, si loco consensus, aut autoritatis ipsius viri, decretum siue autoritatè iudicis adhibeat, vt est Bal. sententia in d. l. si furiosus. in fi. per glo. ibi. C. de nupt. quam sequitur, & dicit fing. Alex. in d. l. 1. D. de auto. tuto. & illam quoque dicit fing. & perpetuò notand. idem Alex. in d. §. fuit quæsitum. col. 4. vltimò pro hoc allegat, D. ad Trebel. vbi etiam Iason. col. 1. sequitur: vti etiam facit, d. consi. 69. in 2. dubio. lib. 1. & etiam Barb. consi. 10. illud referat, col. 10. versicu. præterea etiam ex alio, lib. 4. Et idem videtur voluisse Roma. in d. l. 1. C. vnde vir & vxor, dum dicit virum non posse huic suo consensui renuntiare, per l. scire debetis. C. vt in poss. lega. Sed dat huiusmodi cautionem, vt vir abeat, & iudex suppleat, ar. l. bonorum. C. qui admit. & l. si infanti. C. de iure delib. & d. l. si furiosi. C. de nupti. & illud sequitur Cepol. cautela 237. vt vxor possit.

De eadem re.
Cautela ad hanc rem.

123 **¶** Illud autem non prætermiserim, in ea Doctorum controuersia fuisse, qui distinguere, vtrum videlicet pater, vel maritus generaliter consenserit filio, aut vxori, vt videlicet possint cum quibuslibet contrahere: aut specialiter, vt videlicet secū nuptiis contrahant: & primo quidè casu valeat consensus, etiam quantum ad contractus, qui secum postea fiunt: secundo non valeat. Ita post Pe. à Bel. pertica, in d. l. 1. D. de auto. tut. dicitur voluisse Bal. consi. quod à me nusquam repero, incip. quatuor puncta, prout illum referunt, & sequuntur Soci. d. consi. 112. col. 3. lib. 4. vbi dicit, hanc distinc. esse æquissimam. & d. consi. 23. col. 5. verbi. ad idem adduco, lib. 4. & Corne. d. consi. 242. col. 2. lib. 4. vbi etiam dicit huic consi. subscripsisse Honorium à Bartolinis, & Eugenium Perusinum. Sequitur item nouissimè Iason, qui id reputat fing. d. consi. 69. in 2. dubio, lib. 1. vbi & hoc dicit voluisse Cyn. in d. l. 1. D. de auto. tut. vti & ipse voluit post Iac. Arc. quos etiam refert & sequitur Alex. in d. l. 1. §. fuit quæsitum. col. pen. vers. non omitto tamen. D. ad Senatuscōf. Trebel. sequitur item Philip. Dec. consi. 246. in causa quæ iam diu, col. 2. in fi. & d. consi. 279. col. pen. in quibus tamen locis hoc notabiliter intelligit, modò generalis ille consensus ita non videatur factus, vt ex composito, & de industria censeatur adhibitus fuisse, eo sine, vt contractus (de quo quæritur) fieret cum eo qui consensum præstat, vt quia fuit præstitus paulò ante eum contractum, & cetera quæ ibi subtiliter declarat.

De eadem re.

124 **¶** Aliter autem distinguit Bal. d. consi. 60. lib. 4. vtrum videlicet pater palam & bona fide consenserit, & valeat: an in fraudem liberorū, & nõ valeat. Cuius etiam sen-

De eadem re.

tenentia fati videtur fuisse Panor. in d. c. sicut nostris. in fi. de iureiur. & Alex. in d. l. r. de auto. tut. & in d. l. r. §. fuit quaesitum. de ad Trebel. vbi supra illum citauimus, & Socin. d. conf. 23. col. 5. versic. hanc etiam partem, lib. 4. & d. conf. 80. col. 3. versic. & licet ista responsio, lib. 4. Pro quibus est text. in d. l. cum ipse. & quod ibi no. glof. Bal. & Saly. C. de contrah. empt. & no. in l. no existimo. & in l. quatenus. §. sicut. & in l. tutor rerum. de admi. tut. & per Barto in l. pupillus. §. vlt. de auto. tuto.

125 **DECIMO QUARTO** quæro, Maritus semel præstitit consensum contrahenti uxoris, an postea poterit huiusmodi consensum reuocare? Dic quod non, quia per illius consensum legitimatus est (vt ita loquar) contractus, & ius ei quaesitum, qui contraxit: idem non licet in eius præiudicium variare, vt in simili voluit Pau. Ca. in l. si cum dotem. §. eo autē tempore. versic. 2. not. per glo. r. de sol. mat. & ante illum Bal. in l. vlt. §. necessitate. col. 3. versic. quæro an pater possit reuocare. C. de bon. quæ libe. Et hoc perpetuum est, vt cum alicui fuit data facultas, aut cōsensus præstitus, cui concedens obligari potest, non possit postea reuocare, per tex. not. in l. r. §. prodest. de quorum leg. Et consuluit, illo tamen tex. non citato, Ang. conf. 2. 90. thema est tale, col. 4. versic. præterea hic, & seq. & voluit Franc. Are. qui illum text. dicit ad hoc not. in l. si quis mihi bona. §. iussum. col. antepen. de acquir. hæred. Secus autem, vbi non obligatur concedens ei, cui concessit, per glo. not. in Cle. r. in verbo, obtemperata, de resta. quam sequuntur ibi Pau. Eleaz. & Cardi. Flor. in §. q. & Franc. Are. in d. §. iussum. vbi etiam dicit illam glof. ad hoc esse not.

126 **Quibus adde**, quod scribit Bal. in repe. l. r. col. 6. versic. sed iuxta hoc quæritur incidenter. C. de sacros. eccles. quod si filiusfam. de consensu patris, fecerit testamentum ad pias causas, vt potest facere, non potest pater solus huiusmodi testamentum reuocare, nec quod ad institutionem hæredum, nec etiam quod ad legata, per iura, quæ ibi allegat. De quod & ipse Bal. in l. senium. C. qui testa. face. poss. Vide etiam in simili, quæ scribit Bar. in l. 2. §. r. in 4. quæsti. & ibi Ro. in fi. princip. de donati. & idem Bar. in l. qui preci. de donatio. caus. mort. & Cy. & alij in l. nec fratris. C. eod. tit. & Bald. in l. vlt. §. necessitate. col. 3. versic. quæro an pater. C. de bonis quæ liber. & quæ diximus supra in glof. §. in verbo, contracter, numero 90. incipi. illud item sexto, & 2. sequenti.

127 **DECIMO QUINTO** quæro, Quid si nolit vir ab initio consentire uxori contrahenti forte vtaliter. Bart. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. de solut. matrim. dicit, quod stante statuto, quod mulier non possit contrahere, vel testari sine consensu consanguineorum, si consanguinei requisiti nolunt consentire, iudex examinabit causam contradictionis: & si est iusta causa, bene quidem: sin minus, iudex permittet mulieri contrahere, aut testari, per illum tex. & illum sequuntur Bal. Ang. Imo. Ro. Pau. Ca. Alex. & omnes ibi, & Bal. qui hoc dicit not. in rub. C. de contrah. empt. in 2. 4. q. & in l. r. paulo ante fi. per illum tex. C. de nupt. & in l. in coniunctione. col. vlt. versic. quid si isti duo. C. eo. ti. & in l. r. col. vlt. versic. sed quid si statutum. & ibi Iaf. col. antepe. versic. confirmo per optimum simile. C. qui admittit. & in l. si quis. §. si quis creabitur. de excus. tuto. & in c. r. colum. vlt. versic. & tunc est argumentum. & ibi Cardin. Alexan. in versic. quid autem, in princ. & Matth. Afflic. colum. 2. num. 25. tit. de consue. rec. feud. Saly. in l. dudum, in vlt. quæst. C. de contrah. empti. Anto. in c. cum consuetudinis. de consue. Per. Anc. in repe. c. r. in 1. 4. q. princip. versic. sed pone quod statutum, de constit. & Roma. & Iafon in l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum. de iureiur. idem Roman. conf. 36. visa disputatione, post princip. Panorm. in c. tuæ fraternitatis. in vlti. chart. de cleric. non resid. & in c. quod Dei. ad fi. de stat. mona. & in c. nullus. in 3. no. per illum tex. de iure pat. vbi dicit, ita se consuluisse, sicuti verè consuluit conf. 65. ad decisionē prædictorum, col. vlt. lib. 2. in quibus duobus vlti. locis dicit hoc esse generale, vbiunque requiritur consensus alienus in facto, aut ad fauorem alterius, Paul. Castren. conf. 91. in causa appell

appellationis, col. 3. versic. secundò dicitur non fuisse, lib. r. Ang. Are. in §. consequens, ad fi. Instit. de suspens. tut. Barb. in c. ex parte. in addit. extrà de accusa. & conf. 12. scribitur apud Prophetam, col. r. versic. cum ergo huiusmodi hæreditas, sub num. 18. lib. r. Corne. conf. 167. in hac consultatione, col. r. versic. & aliàs habemus, lib. 2. Felin. in c. cum accessissent, col. 9. versic. confirmari potest. de consti. & in c. super quaestionem. §. r. col. vlt. versic. vltimò. de offi. deleg. Iafon in l. bonorū. col. 3. versic. hinc se offert. C. eo. Philip. Deci. in c. auaritia. in fi. de præben. Corse. in suis sing. in verbo, consensus, statuto cauetur. Matthe. Afflic. in Constit. Sicilia, incip. institutionem diuæ memoria, in §. notabili, in 12. q. Hippo. Marsil. in l. r. §. præterea. col. antepe. de quaestio. Io. Lup. in repet. rubrica, de dona. inter vir. & vxor. §. 2. 2.

128 **Et ad hoc faciunt** no. in aliis similibus, per glo. in c. si religiosus. in verbo, obtemperata, & ibi per Doc. de elec. lib. 6. & in c. r. in verbo, contradicant, 65. di. Iac. Are. Cy. Bart. Bal. & alios, in l. vlt. §. necessitate. C. de bo. quæ libe. & Arch. in c. primatus. in fi. 7. r. di. Specul. & Io. An. in addi. illius, in tit. de actore. §. r. versic. sed quid si pater. Io. An. in d. c. nullus. & in c. nobis. col. 2. in verbo, dicecesani de iure par. & in c. cum ex eo. super verbo, possit, de elec. lib. 6. Fran. Tigr. Bal. Saly. Fulgo. Paul. Cast. Ro. Alex. & recentiores in Authen. quod locum. C. de colla. Bar. in l. r. §. si plures. in repet. col. 4. versic. quæro secundò, quid si ille. de exerci. & in l. vl. col. vl. C. de appell. recip. Rot. Deci. 307. permutatio facta, ad fi. in nouis. Alberi. in l. vbi adhuc. in fi. C. de iure doti. & in l. r. in prin. versic. ex prædictis. de admi. tut. vbi loquitur de tutore, qui negat præstare auctoritatem pupillo. Nicol. Neapol. in l. quid ergo. §. v. furas. de contra. iudi. tutel. Bald. in l. vidua. per eum tex. C. de nupt. & in c. r. col. vlt. versic. sed quid si requisiti, & ibi post eum Alua. & Card. Alex. etiam col. vlt. r. quid sit inuest. Fulgo. conf. 75. ex facto proponitur, in fi. Panor. in c. 2. & in c. ex parte Astensis. de concess. præben. & in c. auaritia. ad fi. de præben. & in c. r. de rerum permut. & in c. relatum. col. 2. versic. nunquid autem, de clerici. non resid. & conf. 58. quidam D. Iacobus, col. pe. lib. secundò, & quod sing. dicit idem Panor. in c. cum accessissent. & ibi post eum Feli. col. 9. versic. 3. restringitur, de constit. Card. Flor. conf. 82. ad primum dico, versic. & si dicecesanus. Alex. in l. non solum. col. pe. de sol. mat. & conf. 57. prospectus testamento codicillis, col. 3. versic. nec videtur, quod ex dicta dispositione, & Fran. Are. conf. 73. præsupponitur in facto, col. pen. & Fran. Rip. in l. 2. §. voluntatem. col. 2. de sol. mat. & quæ diximus supra in prima quæst.

De eadem re.

129 **Sed hoc multis modis declarandum est.** Primò, vt scilicet non sufficiat consanguineum contradicere sine iusta causa, ad hoc vt possit mulier liberè contrahere: quin si faciat, erit contractus nullus, nisi adhibeat iudicē qui cognoscat, an habeat iustam causam contradictionis, vt illi dicunt: & si iniustam comperiet, decernet mulierem posse contrahere. Ita expressè voluerunt Bald. & Card. Alex. in d. c. r. locis supra allegatis, tit. de consuet. rec. feud. & idem Bald. in d. rubrica de contrahen. emp. in 1. 4. q. & Corne. d. conf. 167. col. r. ad fi. lib. 2.

Sed an satis sit, nō subesse causam contradictionis, ut vxor possit contrahere.

130 **Et ita voluisse videtur omnes, quotquot supra, in prin. citauimus, præter Ro. in d. conf. 16. vbi videtur voluisse, non esse necesse, licet tutius sit, iudicem adhiberi.** Pro quo facit, quod plerique volunt, contradictionem iniustam, & non legitimam haberi pro consensu, per l. dotem. & ibi glo. Bald. & alios. de sol. mat. & c. r. extrà de his quæ fiunt à maio. part. cap. & voluit Archi. in c. r. de constit. lib. 6. & Panor. in c. quoniam in fi. extrà de vit. & honest. clerici. Bald. Nouel. in tractatu doti. in 2. speciali 6. partis, & Io. Lup. in d. rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 2. in fi. Et idem etiam voluit in casu d. vlti. §. necessitate. Accur. ibi, in prin. glo. magna, & Vber. Bonacur. quem refert, & sequi videtur Io. And. in d. §. quid si pater. per tex. in l. r. §. non exigitur. de vt in poss. lega. Et quia, vt dicit Io. And. præsens & consentire nolens, pro absente haberetur: igitur non debet expectari eius consensus. l. si longius. de iudi. & aliis iuribus per eum allegatis.

131 **¶** Tu tamen tene priorem partem, quæ verior est & communior. Quam tamen limitabis procedere, nisi esset periculum in mora, si expectaretur iudicis decretum, quia tunc eo non expectato, confanguineis iniuste contradicentibus, poterit mulier liberè contrahere sine solennitate, sicuti sing. etiam in hac specie voluit Panor. in c. cum in veteri. columna pen. versic. sed dubium est, extrà de elec. Pro quo facit, quod in simili habetur in l. tutor qui repertorium. D. de adm. tut. quod imminente necessitate, potest tutor sine confessione inuentarij tutelam administrare, quod aliàs non posset. Per quem text. dicit idem Panor. in c. vlt. columna 2. versic. omnia prædicta, de eccle. edific. quod si imminer necessitas alienandi bona ecclesiæ cathedralis, quæ exigat tantam celeritatem, quod non permittat consuli superiorem, potest Episcopus liberè alienare illo inconsulto, non obstante iuramento ab eo præfinito, de non alienando eo inconsulto. Et quod voluit Anton. in c. inter quatuor, de cleri. non resid. quod licet clericus non posset sine consensu Prælati abesse à suo beneficio, per c. relatum. de cleri. non resid. Si tamen superueniat talis necessitas, quæ sine periculo non permittat adire Prælatum, potest abire eo inconsulto. Et quod etiam voluit Diuus Tho. 2. 2. q. 88. ar. 2. ad fin. & iterum. q. 147. ar. 4. ante medium, de obligato ad ieiunium, constituto in periculo adeo imminente, vt non possit adiri superior ad habendam dispensationem. Quæ omnia retulit Felin. in d. c. cum accessissent, col. 9. de consit. Cui adde, quæ diximus in nostro tractatu Retractuum, tit. 1. §. 26. in glo. 1. vbi multa de necessitate congessimus. & quæ in simili diximus supra, in glo. 6. num. 34. incip. limita tertiò.

132 **¶** Secundò declara, vt videlicet ita procedat, vt cum statutum requirit proximiorrem confanguineum, si proximior contradicit, & quidem sine iusta causa, iudex in eius locum sufficiat alium remotiorè, qui consentiat, si habeat alium. Ita voluit Bal. in d. l. vidua. per illum tex. ibi, sed fortè. C. de nup. & sequitur Pau. Ca. in d. l. si cū dotem. §. eo autem tēpore. in fi. & ibi etiam Alex. qui hoc dicit sing. col. pe. D. sol. mar. pro quo dicit ipse Alex. esse bonū tex. in l. cū antiquitas. & quod ibi no. Pau. Ca. C. de testa. & in §. si verò absint, in Authen. de hære. & Falc. Et facit, quod in simili voluit Bal. in l. cum sententiam. ad fi. C. de sen. & Pau. Ca. in l. r. C. vnde vir & vxor. & multa, quæ congessimus supra in 1. quæstione, numero 20. sed & tunc, & multis seq.

133 **¶** Tertiò declara, vt etiam procedat nisi statutum requireret consensum consanguineorū, & præterea decretū iudicis: quia tūc si consanguinei recusat sine iusta causa, solus iudex supplere nō posset, ar. no. in l. si curatorem habens. C. de in integ. rest. Ita voluit Bal. in d. rubrica, de contr. emp. in 24. quæst. & Saly. in d. l. dudū, ante fi. C. eo tit. vbi ad hoc præterea allegat in ar. d. l. vl. C. si propter pub. pen. si. & no. per gl. in l. 2. C. de fid. instr. Et subdit, hoc casu esse cautelam, vt duo iudices adhibeantur: vnus quidem, qui interponat decretū, seu consensum, & alter, qui suppleat vicē consanguineorū recusantiū sine iusta causa, per id, quod in simili habetur in l. vl. §. sin autē dubius. C. de iure delib. vbi cum aliis tabulariis, specialis tabularius adhibetur loco testatoris, qui nescit scribere. Et facit etiā (inquit) l. hac consultissima, vers. sed quia tabulariorū. C. qui testa. face. poss. Quod dictum sequitur, & dicit notab. & menti tenendum Alex. in d. §. eo autē tempore, col. pen. vbi & illud dictum Bal. pro eleganti citat. Sequitur etiam Corne. d. conf. 167. vers. dictum autem Bal. lib. 2. & Iafon, qui id reputat sing. in l. iusurandum & ad pecunias. §. qui iusurandū. D. de iureiur.

134 **¶** Ex quibus planè constat, quid dicendum sit in casu nostræ consuetudinis requirentis consensum mariti, in contractibus vxoris. Est enim eadem ratione idem dicendum, quod in statuto requirente consensum propinquorum, si tamē hæc nostra consuetudo exigit consensum mariti ad commodum vxoris, & ad integrandam ipsius personam, vt fit in d. statuto, vt alibi plenè diximus. Sed quia arbitror, vt sæpè supra scripsimus, hanc nostram consuetudinem consensum mariti exigere in contractibus vxoris propter præiudicium ipsius mariti, cum res ipsa priuatim tan-

gat comodū, vel incommodū viri, qui, vt alibi cauetur, suos facit fructus omnium bonorum vxoris, potestque de illis & bonis mobilibus ipsius, vt libuerit, disponere: ideò non putarem posse virum cogi, vt consentiat, aut eo contradicente iudicem vxori permittere, vt contrahat, & ita conditionem mariti, eo inuito deteriorem faciat, nisi fortè vxor vellet facere contractum sibi valde vtilem & commodum: & nihil, aut etiam, si possum dicere, modicum præiudicij marito adferentem: tunc enim cessante præiudicio mariti, non video quin possit iudex vices suas interponere, vt in statuto requirente consensum consanguineorum. Cogita.

135 **¶** DECIMO SEXTO. quæro, Quid, si mulier maritata sine consensu mariti contrahat cum externo quopiam, cui se dolosè iureiurando interposito asserat inuptam, & ita liberam ad contrahendum? Videtur valere contractus, per id quod in simili dicitur, in l. 2. & 3. C. si minor se maio. dixer. vbi valet contractus factus à minore, qui se maiorem asseruit, nec iuuatur is beneficio restitutionis in integrum. & similiter quod habetur in l. si decipiendi. in prin. & ibi no. D. ad Vellei. & l. sceminis. C. eo. vbi si mulier pro alio intercedens voluit decipere creditorem, vt quia induit vestem virilem, quòd vir, non scemina crederetur, vt dicit gl. in d. l. si decipiendi. valet huiusmodi intercessio, nec potest se tueri mulier ex Senatusconsulto Velleia. Quòd q. scribitur in l. si sine. C. eodem, quod si mulier in alienatione rei dotalis, eam re non esse dotale asserat, nō auditur, si velit huiusmodi alienationē impugnare: vt declarat no. Imo. in l. cum vir. circa 16. col. D. de vsucap. & in c. cum contingat. circa nonam chartam, extrà de iureiur. Quod itē traditur in l. i. C. ad S. C. Maced. filium. fa. non iuvari Senatuscon. Maced. cum se sui iuris esse assereret, ei à quo pecuniam mutuam accepit. De quo etiam est text. in l. cum qui. D. ad Senatusc. Maced. & in l. qui cum se. D. de re iudi. Et in simili traditur in l. sed si ex parte. §. 1. D. quod cum eo. de eo qui se patremfam. mentitus est, cum contraheretur cum eo.

Quid si uxor contrahat cum extraneo, cui iureiurando se asserat inuptam.

136 **¶** Et facit, quod scribit Bald. in l. vlti. §. necessitate. col. 3. versic. & ideò præcepta. C. de bon. quæ libe. quòd si filiusfa. mentitus de morte patris, præceptum guarentigiarum passus sit, valet huiusmodi præceptum, quod aliàs non valeret, vt potè cum habeat vim iudicij, in quo non potest filiusfa. agere, nec conueniri sine consensu patris. Sed & Fulgo. conf. 219. visis binis processibus, col. 4. vers. rursum posito sine præiudicio, ait, quòd si stante statuto, quòd mulier non possit contrahere sine consensu duorum proximorum consanguineorum, mulier contrahat cum consensu duorum non proximorum, quos tamen proximiores asserit mulier, valet contractus, quia decepta, non decipiente, succurrendum est. l. 2. §. hæc verba. vers. sed ita demum, & seq. D. ad Vellei. & l. si sine. C. eo. cum sim. & idem expressim voluit Stepha. Federi. in suo aureo libro, de legum interpretatione, parte 2. char. 5. vers. item debet intelligi, per multa circa quæ etiam allegat.

Deceptis, non decipientibus, succurrendum.

137 **¶** Contrarium quoque videtur per id, quod voluit Iac. Bel. in sua disputatione, incip. lege Perusina, vbi dicit, quòd ll. supra in prin. alleg. procedunt, quando minor, qui se dolosè asserit maiorem, vellet nihilo minus petere rescissionem cōtractus beneficio restitutionis in integrum. Tunc enim suo mendacio punitur, vt non audiat. Secus vbi diceretur contractus nullus, ratione solennitatis municipalis in minorum contractu requisita non obseruata, per l. quid enim. iuncta l. præced. in fi. D. de dolo. vbi contra pupillum, qui mentitus est, datur actio de dolo. Ex quo fit manifestum, contractum non tenuisse. Nam si tenuisset, daretur actio ex contractu, non de dolo, quæ est subsidiaria l. 1. §. ait Prætor. D. eo. Et idem dicit in statuto requirente consensum patris in contractu filii. cum filiusfa. dicit se esse sui iuris, vt propterea non valeat contractus.

Contra supra dicta.

138 **¶** Quæ omnia refert & sequitur Ioan. And. in addi. Specul. titulo de sent. prol. §. vt autem quæ præmissimus, col. 2. in addi. quæ incip. ad hæc, & ea quæ præmissa sunt, &

De eadem re.

Pet. An. loquens etiam in contractu requirente consensum proximorum, in contractu mulieris, in c.1. in 14. q. principa. vers. iuxta prædicta etiam quæro, extrã de conslit. & Ro. qui hoc dicit fing. nec esse alibi, consi. 12. viso facto præsupposito, col. 2. & Pau. Cast. consi. 175. ad primum quæsitum, in 3. dubio. lib. 2. Francisc. Cremen. qui hoc reputat aureum & menti tenendum, no. 162. statuto cauetur. & Soci. consi. 23. circa prædictam consultationem, col. 3. nu. 14. lib. 4. vbi & hanc rationem addit, quia si aliter diceretur, facilè fieret fraus statuto, si videlicet ex sola assertione filij asserentis se esse emancipatum, contractus robor acciperet, contra regulam, cum quid vna via, cum sua materia, de regul. iur. lib. 6. Quia enim facilitate filius induceretur ad contrahendum, eadem & ad ita asserendum l. doli clausula. §. diuersum. D. de nouat.

139 **¶** Et hanc partem fulcit, quod alibi consuluit Paul. Castr. videlicet consi. 342. considerandum est primò, col. 1. vers. item ex alio, lib. 1. quòd si minor habens curatorem contraxerit cum alio, cui se asseruit non habere curatorem, non per hoc robor accipit contractus, quin irritus maneat, ex l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. mino. Nam ex huiusmodi (inquit) asseritione non immutatur veritas l. assumptio. in prin. D. ad municip. & l. filio quem pater. D. de libe. & posthu. & l. Caius. D. de iure patr. & l. r. c. si vt se ab hære. absti.

140 **¶** Ex quibus fateor hanc rem diutiùs fuisse apud me ancipitem. Tandem verò comperi Alexand. consi. 222. quoniam abundè, lib. 6. vtranque hanc sententiam aduocasse, inque priore (si non fallor) resedisse, dum respondet ad d. l. quid enim. de dolo, cui potissimum innititur Iac. Bel. Nam aut (inquit) ibi pupillus proximus pubertati, non erat factus locupletior, aut factus erat. Si primus, non poterat agi contra eum ex eo contractu, cum non esset ex eo obligatus, nec ciuilitè, nec naturaliter, l. r. & ibi not. D. de noua. ideò non impeditur subsidiaria actio de dolo. Si secundum, valet contractus, vt ex eo agi possit, quatenus pupillus est factus locupletior. l. sed mihi. D. commod. & not. in d. l. r. cum sim. Nec sic quicquam impedimento est, quin agi possit de dolo, quatenus non est factus locupletior, per not. per glo. Bart. & alios, in l. 2. C. de dolo. Et ita non concluditur ex illo text. quòd Iacob. Bel. intendebat.

141 **¶** Ideò si priorem illam partem teneas, eam limitabis procedere, vt scilicet valeat contractus ita factus in præiudicium mulieris, quæ eam fraudem aut dolum fecit. Ita enim loquuntur iura, quæ suprà in princ. huius quæst. adduximus: neque id quidem immeritò, cum nemini sua fraus aut dolus patrocinari aut prodesse debeat. l. ita demum. D. de arbit. & l. verum. §. tempus. D. pro socio. & c. ad nostram. de empt. & vendit. cum aliis multis concord. à me collectis in Tract. Retract. tit. 1. §. 1. glo. 9. in verbo, ou lignagier, num. 67. incipien. denique si diceremus. Quòd si id redundaret in præiudicium viri, qui fortè ex consuetudine vel statuto facit suos fructus bonorum vxoris, vt est in multis consuetudinibus Gallia, nihil video, vt dolus aut fraus vxoris, quæ se dicit innuptam, ei præiudicet. Nemo enim alterius dolo aut fraude prægruari debet. c. nemo debet. de reg. iur. lib. 6. cum concord. ibi adductis: nemòque sine suo facto, aut culpa, suo iure priuari debet. l. ius nostrum. D. de reg. iur. cum sim.

142 **¶** Limitabis etiam secundò, vt id quod diximus procedat, nisi is, cum quo contrahit mulier, quæ se dicit innuptam, verisimiliter sciat eam nuptam esse: vt quia vicinus est aut consanguineus vxoris, per text. in l. de tutela. C. de in integ. restit. vbi si minor se dicens maiorem, liberauerit auunculum ipsius tutorem ab ipsius tutelæ redditione, non valet huiusmodi liberatio ipso iure, cum auunculus ignorare verisimiliter non poterat ætatem minoris. Ex quo not. Bald. ibi, quòd stante statuto, quòd non possit minor 20. annis contrahere sine curatore, si foror contraxerit cum

cum fratre, cui se iureiurando asseruit esse maiorem, non valet eiusmodi contractus: quia frater præsumitur scire fororis ætatem: ideò non videtur decipi, sed potius decipere, & inducere fororem ad contrahendum.

143 **¶** Et quod voluit Dy. consi. quodam, incip. iure municipali cauetur, quòd si stante statuto, quòd filiusfa. non possit se obligare sine consensu patris, quispiam filiusfa. dicat se emancipatum creditori, qui id falsum esse sciat, non valet obligatio, quia dolus non infertur scienti. l. cum donationis. C. de transac. l. 1. in fin. D. de acti. empr. & sequitur Alexand. d. consi. 12. col. 2. lib. 6. Et idem in statuto requirente consensum proximorum in contractu minoris, tenuit Ange. consi. 140. domina Catharina, col. vlti. Et bene facit text. in d. l. r. ibi, eiusque affirmationi credidisse iusta ratione edocere potes. C. ad S. C. Maced. & quæ ibi no. per Bald. & Saly. & vide quæ dicam in seq. quæstione, præsertim num. 159. tamen si teneas.

De eadem re.

144 **¶** DECIMO SEPTIMO quæro, Quid si communi hominum opinione mulier quæpiam existimetur maritum non habere, cum tamen habeat, an valeat contractus factus ab ea in scio marito? videtur quòd non, per ea quæ iam diximus in præc. q. & per id quoque quod voluit Iac. Aret. in sua dispu. incip. quæro, ego produco contra te instrumentum, quòd non valent gesta ab eo, qui communi opi. reputatur tutor, cum non sit. l. 2. D. de eo. qui pro tuto. & l. qui neque. D. de reb. eo. Et quod etiam voluit Bald. in l. 2. in fin. C. de sent. quòd non valet testamentum filiusfa. vel serui, qui communi hominum opinione reputatur esse sui iuris. & sequitur, & dicit fing. Alexand. in l. 1. col. 2. versic. & ex hoc deciditur. & ibi Iason, col. 2. versic. istam legem sic extensam. C. de testa. & idem Alex. consi. 147. viso themate, col. pen. vers. non obstat etiam, lib. 7. & Philip. Deci. qui hoc reputat fing. in l. si emancipati. col. 3. vers. & ad prædicta notandum est. C. de colla. & Carel. Corta, qui etiam dicit fing. in memor. incip. opinio communis.

Quid si uxor communi hominum opinione creditur maritum non habere.

145 **¶** Et quòd maior pars Doc. tenet, non valere instrumentum confectum à non notario, qui videlicet nunquam creatus fuit notarius, licet communi opi. reputetur notarius. Ita enim voluit Azo in Summa, titu. in Authent. de fide instr. Andr. Pifa. Guil. Cu. Guid. Ray. Oldra. Bald. in repet. & Iason in l. Barbarius. D. de offi. Prato. Specul. & Io. An. in tit. de instr. ed. §. restat. vers. quid si is. & ibi quoque ipse Io. An. in vers. & scias, in addi. incip. ad intellectum illius. & iterum vterque in tit. de probat. §. probare. vers. illud autem, & seq. Idem Specul. tit. de procur. §. ratione autem formæ. vers. 2. Cy. in l. comparationes. C. de fide instr. Iac. Aret. in d. disputa. incip. quæro, ego produco contra te Bart. in l. Herennius. per illum tex. D. de decur. & in l. actuarios. & ibi Io. Plat. C. de numera. & actu. lib. 12. Bald. in d. l. 1. in 6. q. & ibi quoque Saly. Angel. in vna lec. & Alex. qui ita dicit se consultuisse, & Corne. col. pen. C. de testa. Idem Bald. in d. l. 2. col. 2. C. de sent. & in l. ad testium. §. 1. & ibi quoque Ang. Imo. Paul. Cast. & recentiores. D. de testa. Idem Bal. in l. 2. col. 2. C. de seruit. & aqua: & in l. nihil. C. de manu. vindi. Cano. communiter in c. 1. de fid. instr. Anto. in repe. c. consultationibus. col. 24. vers. venio ad secundum, de iure pat. Pet. An. consi. 113. pro isto patre instituto, col. 2. versic. ad ista pater. & latè Alexand. consi. 138. opportunè consideratis, lib. 1. vbi adducit multa similia, quæ tu videre poteris. & Steph. Bertran. consi. 23. venditio, in 3. dubio, libr. 1. & consi. 41. circa processum, numero 2. eod. libr. 1.

An valeat instrumentum à non notario confectum, qui communi opinione existimatur notarius, vide infra à num. 153.

146 **¶** Contrarium tamen videtur. Nam communis opinio de habilitate, & legitimatione agentis, tempore quo aliquid facit, operatur, vt illud valeat, ac si esset verè habilis ac legitima persona, quamuis postea appareat nõ fuisse huiusmodi. Quòd hinc liquido patet, quòd valet tenetque, & obligat mutuum, quod accipit filiusfa. qui communi opinione, reputatur esse sui iuris, perinde ac si esset sui iuris. l. 2. C. ad S. C. Maced. & l. 3. D. eo. Quibus innixus Bald. in l. vlti. §. necessitate. col. 3. versic. ideò

De filiofa. qui communi opinione reputatur sui iuris.

ideo præcepta. C. de bon. quæ libe. dicit, quod licet aliàs filius fa. non possit esse in iudicio, sine consensu patris, si tamen communi fama reputatur esse sui iuris, valet quod ab eo gestum est in iudicio, vel instrumento gaurentigato, quod habet vim iudicij.

147 **¶** Item valet præsentatio ab eo facta, qui communi opinione existimatur esse patronus, & est in possessione eius rei: nec vitatur, licet postea appareat non fuisse patronum. d. c. consultationibus. de iur. pat. & c. querelam. de elec. per quem etiam tex. idem dicimus de rectore putatio. Et idem quoque de collatione facta ab eo, qui potestatem conferendi communi opinione putabatur habere, per c. cum olim, de cau. pos. & per Rot. Deci. 457. quidam impetrauit, in antiq.

148 **¶** Et solvens ei, qui communi opinione etiam reputatur procurator creditoris ad exigendas pecunias, liberatur, quamvis non sit procurator. l. eius qui in provincia. d. si cert. per. & l. si quis seruo. d. de solu. cum. sim. Et idem de solvente prælato putatio dicit Bart. in l. si vrbana. vers. vlti. per hanc l. & ibi quoque Bald. Angel. Paul. Castr. & recentiores, qui adferunt concord. d. de condi. indeb. vbi tamen videbis qualiter intelligatur, præsertim verò per Iason. de quo etiam vide glo. Inno. & alios in c. nihil. de elec. Bald. in c. in literis. col. 2. vers. sed nunquid debitores, extrà de restit. spoli. & Panor. in c. cum super, in fin. de cau. poss. & proprie.

149 **¶** Valet quoque testamentum, in quo seruus, qui communi opinione reputabatur liber, est testis adhibitus, per l. r. C. de testa. & §. sed si aliquis. Insti. eo. tit. licet seruus in testamento non possit esse testis, per l. qui testamento. §. seruus. d. de testa. Et idem de teste infami, vel aliàs inhabili, qui communiter reputatur non infamis, & idoneus, voluerunt Iac. Rau. Cy. Bart. Bald. Paul. Cast. Ro. Alexand. & recentiores, in d. l. r. C. de testam. Imo. Raph. & Paul. Castr. in d. l. ad. testium. §. i. d. de testa. Bal. in l. r. C. de secun. nupt. & in l. Casius. ad fin. d. de Senato. & in d. l. 2. col. r. C. de sententi. & ante hos glo. quam sequuntur recentiores in l. cum lege. in fin. d. de testam. quam reputat sing. Bald. in c. super eo. le. r. extrà de testi.

150 **¶** Et valent gesta à seruo, tanquam iudice, qui communi opinione existimatur liber, & iudex. d. l. Barbarius. d. de offi. Præto. & d. l. 2. C. de re iudi. licet seruus iudex esse non possit. l. cum Prætor. d. de iudi. & c. seiscitatus, de rescript. & §. tua. 3. q. 7. quod non in iudice tantum procedit, sed & in aliis ad alios magistratus assumptis, secundum Bal. in l. r. ad fin. C. qui & aduer. quos. Valet etiam sententia lata à iudice excommunicato, qui communi opinione habetur pro legitimo. c. ad probandum, de re iudic. Valent & instrumenta confecta à notario excommunicato, qui communi opinione reputabatur non excommunicatus, glo. in c. decernimus. in glo. vlt. ante fi. de sent. excom. lib. 6. Inno. in c. pia. de excep. lib. 6. Io. An. in c. auaritia. de elec. lib. 6. & Panor. in c. veritatis, col. 8. vers. & ampliando, extrà de dol. & con.

151 **¶** Et faciunt no. in simili, per Inno. in c. r. de schisma. & in c. si verè. de sent. excom. & in d. c. veritatis. & ibi etiam Panorm. quo loco supra citauimus: & per Specul. in tit. de lega. §. superest. vers. ergo si quis. & multa in eam rem exuberanter congesta per Maria. Seniore, consi. 3. 2. ex iis quæ superius, col. 7. vers. sed posset quispiam, & seq. col. Ex quibus consuluit valere conductiones ab eo factas, qui communi opinione reputabatur Rector, aut Prælatus. Et idem de aliis contractibus, ab eo factis, qui communiter reputatur Abbas, vel Episcopus, respondit Domin. (quem ille non citat) consi. 8. quidam Cardinalis, col. vlti. Cui & illud adde, quod sing. consuluit Fed. Senen. consi. 167. mulier accusata, excusari ab adulterio mulierem, cuius vir communi opinione mortuus reputatur, si alterius patiatur concubitum. Igitur eum in nostro casu huiusmodi mulier reputatur sui iuris, videntur valere gesta ab ea, tanquam sui iuris esset.

¶ Hic

152 **¶** Hic paululū aduerte Lector. Nā quæ dicta sunt in præcedenti quæst. de muliere maritata, quæ se innuptā mētiebatur, in hoc videtur differre ab iis, quæ nūc tractamus, quod hic nihil imputari possit ei, qui cōmuni opinione credēs, cōtraxit cū muliere. Ibi verò imputari potest, q̄ nulla cōmuni opinione ductus, nō inuestigauit de cōditione illius, cū qua cōtraxit per l. qui cum alio. d. de reg. iur. vbi glo. dicit etiā nō va care culpa, qui id ignorat. Et illū tex. valde not. dicit Bal. in c. rursus si fidelis, tit. qui. mo. feud. amit. Et adde tex. in l. si patronus. & ibi Iac. Arc. & Bar. d. de cōfir. tut. & in l. 2. §. quæ sitū. d. de separati. & ibi gl. quæ adfert alios, & in c. innotuit, & ibi quoque glos. in verbo, ignorātia, de elec. & quod tradit glos. in l. Iulianus. d. ad S. C. Maced. & alij quos tibi citauimus in nostro tracta. Retractū, tit. r. in fi. nu. 41. non d. quæro.

153 **¶** Nec similiter quicquā videtur facere, quod de Notario diximus. Nā præterquam quod nōnulli cōtrariū tenuerūt, videlicet Inno. in c. cū dilectus. de fid. in str. Host. in Summa, eo. tit. in prin. col. 2. vers. quid ergo si Tabellio, Bar. in d. l. Barbarius. & ibi Alber. col. pe. & vlt. vbi dicit hāc op. de consuetudine obseruari, & Fulgo. qui hanc quoq; partem dicit humaniorē, & in iudicio tenendā. d. de offi. Præto. Bal. sibi contrarius in l. non ignorat. col. 3. vers. in contrarium facit. C. qui accu. pos. & Angel. in Authen. de tabel. in prin. col. 2. & in l. 2. in princ. d. ad Maced. & consi. 140. quidam Matthæus. & Ioan. Fab. in §. sed cū aliquis. Insti. de testa.

154 **¶** Dici etiam potest, nihil ad hunc casum pertinere rationes, quibus potissimum innituntur, qui priorem partem sequuntur: sunt enim huiusmodi, quod qui se pro notario gerit, qui non est, falsum committit, per l. eos. §. qui se pro milite. d. de fal. ergo non potest instrumenta conficere, per l. si aliquid. C. de suscept. & arca. libro 10. Item solus Princeps cōfert tabellionatū, nō rerū natura, non vsus priuatorū, vt no. Inno. in c. pen. de fide instr. cum si. Item officij non probatur, nisi per literas decernentes officium, & ideo cū sit data certa forma probandi, quasi possessio nihil operatur. l. r. C. de mand. Princ. & l. decernimus. C. de sacros. eccl. & l. si qua per calumniam. C. de Epi. & cleri. & l. probatorias. C. de diuer. offic. & l. Herennius. d. de Decuri. Quæ quidem rationes (vt videre licet) nihil ad hunc casum faciunt.

155 **¶** Sed quod dictum est de testatore, seruo, vel filiofam. reputato communi existimatione libero, aut sui iuris, non parum quadrat. Nam qui dicunt, non valere illius testamentū, ea ratione mouentur, quod in eo casu defectus est in substantia, seu in causa efficiente, id est, in eo, qui actum gerit, qui multò est grauior eo, qui in causa materiali est vel in solennitate, vt in d. l. r. C. de testa. Hic autē in nostro casu, de quo loquimur, non tantum est defectus solennitatis, sed etiam substantiæ cū persona, quæ actum gerit, non sit habilis. Ergo nihil operatur communis opinio.

156 **¶** Præterea quod dicitur communē op. haberi pro veritate, procedit in his quæ respiciūt officij publicū, per d. l. Barbarius. secus si priuatū, secundū Inno. in c. cū dilectus. de consue. & in d. c. nihil. de elec. Cōpo. in c. cum Vinctonienfis, eo. tit. & Io. An. in d. c. veritatis. & ibi alij, extrà de dol. & contu. & in c. r. de rescrip. libr. 6. & Calder. in d. c. ad probandum. de re iudi. & in sua dispu. incip. excommunicatus. Fed. consi. 5. quidā monachus, col. vlt. Bal. in repe. d. l. Barbarius. sed tamen hic vide 2. seq. vers.

157 **¶** Sed his omnibus faciliè responderi potest. Nā primū de filiofa. siue seruo testante, non est omnino indubitātū, quando sit glo. cōtraria, in l. 2. in verbo, seruus. C. de edic. Di. Ad. tol. quam sequitur Doc. ibi, inter quos Iac. sibi solus, vt dicit, eam expendit contra dictū Bal. in d. l. 2. C. de sen. & eam ad hoc dicit sing. nisi dicas eam loqui in possessorio, non etiam in petitorio. Sed quocunq; modo ea loquatur, certè de illa Bal. deci. dubitat Iac. in d. l. Barbarius. col. 6. vers. quartò notabiliter limita, nec immeritò, cū in d. l. 2. C. ad Maced. & in l. 3. d. eo. esset defectus in substantia, siue causa efficiente, id est, in eo, qui mutuū accipit, & tamen cōmunis opinio dat robur actui.

m m

De istem rebus.
Qui cum alio contrahit, non debet ignorare eius cōditionē.

De eo, quod dictum est de notario.

De eadem re.

De eo quod dictum est de seruo testatore.

Communi opinio an et quando habeatur pro veritate.

158 **Ex** quibus etiā iuribus refellitur, quod dictū est, cōmunem opinionem in his tantum operari, quæ ex publico officio depēdent, quando illic de priuata tantum agitur. Ideo rebus maturè perpenfis animaduersisq; nihil hīc video, quo minùs valeat contractus factus à muliere, cōmuni opinione reputata sui iuris, cum esset tamè maritata, nisi fortè, quatenus cederet in præiudiciū mariti, per id quod voluit Inno. in c. cōsult. de procur. & Bal. in repe. d. l. Barbarius. col. 9. vers. & nota quod materia. & ibi Ias. col. antepe. ver. 2. limita. Calde. & Ant. in d. c. ad probandū. de re iudic. & not. in c. apostolica. & in c. proposuit. de cleri. exco. mi. Cogita Lector amantiſſime.

159 **Tamen** si teneas, valere huiusmodi contractum ob communem hominum opinionem, intelligas, nisi is, cum quo contrahitur, sciat eam op. esse falsam, & sic mulierem, cum qua cōtrahit habere maritum: hīc enim nihil illum iuuabit communis opinio in contrarium, vt expresse & not. voluit, hoc modo limitans d. l. Barbarius. Io. Calderi. in d. c. ad probandū, & ibi etiam Panor. & Feli. vterq; col. pe. item Cald. in sua disputa. incip. excommunicatus, qui communi op. col. vlt. Io. An. subobscure in c. dilectus. le. 2. in glo. pen. & ibi clariùs Imo. col. 4. vers. & prædicta, & Panor. col. 3. vers. ex prædictis, de præben. Anto. in c. sciscitatus. ad fi. & ibi etiam Panor. de rescript. ipse Panor. in c. si duobus. col. pe. vers. ad hoc quod not. de appel. & in c. post cessionem. col. pen. vers. idem si erat occultum, de probat. & in d. c. veritatis. vbi supra, de dol. & contum. & Ro. qui hoc sing. reputat, sing. 763. inci. lex Barbarius. Domi. in c. sacerdot. 2. q. 7. Nicol. Mil. in suo repertorio, versic. error communis non iuuat. & Philip. Deci. conf. 407. visis & diligenter consideratis, col. i. cum multis si. collectis à Feli. in d. c. ad probandum. Et facit text. in c. si qui Episcopi. r. q. i. & in c. & si necesse, extrà de donat. inter vir. & vxor. & quæ diximus supra in præcedenti quæst. nu. 142. incip. ideo si priorem. & seq. Et vide super hac q. Alciat. in tracta. præsumpt. regula 2. præsumpt. 2. num. 3. & seq.

160 **Sed** antequam hinc digrediamur, operæpretiū putamus scire, quid dicatur communis opinio, vt robur det actui: an videlicet necesse sit, omnes eiusdem ciuitatis, aut regionis ita opinari. Dic satis esse, eius opinionis eos esse, qui verisimiliter hoc scire debent, puta vicinos, consanguineos, & qui mulierem hanc verisimiliter cognoscunt: vt voluit glo. in l. cum quidam. §. quod dicitur, in verbo, obsterices, & ibi Bart. de acqui. hare. & in l. inter omnes. in glo. i. & ibi Bar. Bald. Alexan. & recentiores. de qui satisd. cog. & in l. vlt. in gloss. i. C. sine cen. vel reli. Bart. Bald. Salycet. Raph. Rom. Alex. Corne. & Ias. in d. l. i. C. de testa. Bar. in l. de minore. §. plurimum. in 2. q. de quæstio.

161 **Qui** sufficit, vt maior eorum pars, qui eam cognoscunt, ita existiment, etiam si non omnes, per d. l. 3. ad Maced. iuncta l. 2. C. eod. & in simili voluit Specul. in tit. de teste. §. i. vers. quid si tantum à maiori parte, ar. l. quod maior. de ad muni. cum si. Ray. Alber. Alex. Corne. & Iason in d. l. i. C. de testam. Bart. in d. l. de minore. in 2. quæstio. dum allegat d. l. i. Angel. & Franc. Aret. in d. l. ad testium. §. i. de testamen. Ioann. Fab. in d. §. sed cum aliquis, Instit. eo. Anto. in c. quod per nouale. col. 5. & 6. de verbor. signi. licet sint, qui contrarium teneant, videlicet Imol. in d. l. ad testium. §. i. Roma. qui limitat, in d. l. i. de testa. & Angel. Aret. in dicto. §. sed cum aliquis. col. vlt. Instit. eo. tit.

162 **DECIMO OCTAVO** quæro, Quid, si mulier contrahat in fauorem ecclesie, aut alterius piæ causæ, vel etiam clerici, sine consensu viri, an vitabitur cōtractus, ex defectu huius solennitatis? Videtur quod nō, per id quod voluit Bal. in l. generali. in r. & 2. q. & ibi post eum Fulg. qui elegans hoc reputat, Pau. Ca. in fi. & And. Alcia. C. de sacros. eccle. quod stante statuto, quod mulier non possit testari, aut se obligare sine cōsensu propinquoꝝ, id tamè potest liberè facere in fauorē ecclesie, aut piæ causæ. Ecclesia enim, & alia quæcūq; pia causa, est priuilegiata: ideo nō va-

let statutum contra priuilegium. l. vl. C. eo. Et idem consuluit ipse Bal. in statuto requirente consensum mariti, conf. 93. super dictis punctis, lib. 2. vbi hac ratione mouetur, quod ad piæ causas non feruatur Ius Ciuile, vel municipale. Sed tantum ius Canonicum, quo iure indubitanter testamentum, & contractus sine huiusmodi solennitate valet, per c. licet. de sepul. lib. 6. & c. cum esses. & c. relatum, le. 1. de testa.

163 **Et** illud primū dictū Bal. sequitur Pe. An. in rep. c. r. char. 2. vers. dicit etiā dominus Bal. qui est in r. q. prin. de consti. & Pan. in rep. c. ecclesia. col. 16. vers. quid enim si statutum, & ibi Feli. col. 6. vers. alia autē, de const. & idē Pan. in d. c. relatum, le. r. col. 2. vers. & ex his infero, ext. de test. Pau. Ca. in l. i. ad fi. & ibi Ias. col. vl. C. de sacros. eccle. Mar. Soci. senior in tract. oblationū, libello 9. in vl. q. Philip. Fran. in c. vl. de immu. eccl. lib. 6. & in sua dispu. petitorij, incip. ex nobilissima vrbe, in 4. dubio, col. i. pen. vers. soluēdo ergo. Alex. in add. Bar. in l. i. in 5. q. prin. C. de sum. tri. & conf. 2. 10. statutis accuratè perſpectis, col. 2. in duobus locis, lib. 2. & conf. 105. vifo ac diligenter cōsiderato, col. 3. vers. ex quibus omnibus, & iterū vers. quinimo dicit vltra, lib. 4. Barb. latē conf. 13. bene enim cuncta gerūtur, col. 9. vers. præterea ad hoc cōsider. lib. 3. vbi etiā hoc elegas dicit Corne. si is est, cuius inter ipsius con. est conf. 276. cōsultuit dominus, col. 2. & in subscriptione eiusdē consti. quæ haud dubiè est ipsius, lib. 1. & conf. 104. circa primū cōsultationis articulū, col. vl. li. 2. & cōf. 25. 9. dicta dispositio, col. 2. vers. his tamē minimè refragāribus, lib. 4. Frā. Are. qui hoc dicit sing. in l. mutū. col. vl. vers. illud etiā scias. de acq. hare. Lau. Calca. latē conf. 13. pro parte negatiua, col. 2. & multis seq. & ibi quoq; Marti. Laud. & Iac. Pute. in subscriptione illius conf. & Steph. Fed. in suo opere de legū interpretatione, parte 2. cha. 6. vers. itē fallit quatenus. Firmia. in trac. de Episcopo, in 4. parte, libr. 4. in fi. 3. q. Ias. in l. si vnus ex argētariis. §. pactus ne peteret. col. 9. vers. tertio limita. de pact. & in l. filiusfa. §. diui. in 2. lec. col. i. r. nu. 84. de leg. i. vbi tamē nutat Feli. in c. quæ in ecclesiariū. col. 28. vers. caterū in quantū, & iterū col. seq. vers. sed in 2. impugnatione, de cōstit. & Philip. Deci. in c. in præsentia, in 14. no. vers. & ista conclusio, de probat. & conf. 455. placet conclusio, col. vl. & cōf. 504. in casu occurrenti, col. i. & Io. Lup. qui hoc reputat sing. in repe. rubricæ de donat. inter vir. & vxor. §. 48. col. vlt. vbi tamen de hoc dubitat. And. Alcia. lib. 1. de verbo. signif. charta 4. in fin. & Casar Lambert. in Tract. de iure patron. in 3. art. 5. q. prin. i. partis. lib. 1. per totum illum artic.

164 **Quin** aliàs generaliter in donationibus, & relictis ad piæ causas, non requiruntur solennitates statutorum, vt voluerunt præter illos, quos supra citauimus Bart. in d. l. in 5. q. 6. eiusque vlt. q. princ. & ibi Bal. C. de Sum. Tri. Io. Calde. in sua disputatione incip. Bononiensi statuto. Bal. in r. lec. & Pau. Ca. in l. i. vterque ad fin. C. de sacros. eccles. idem Bald. & fermè omnes in Authen. cassa. C. eo. tit. Anto. Ioan. Ligna. Imo. & propè omnes in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, extrà de consti. Anto. in c. quod clericis, de for. compe. & in c. vl. de reb. eccles. non alie. & in d. c. relatum, le. 1. de testa. & dicemus postea latius. ideo & Pau. Ca. conf. 432. cum statutum. col. 2. versic. tertio principaliter, lib. 1. illud etiam generaliter dicit, quod statuta, quæ certam solennitatem exigunt in contractibus, non habent locum in iis, quæ fiunt cum ecclesiis, & monasteriis. id quod dicit Oldra. determinasse in publica disputatione, illumque sequuntur fuisse Bar. in l. vl. C. de sacros. eccle. Quamuis tamen Oldra. istud non dixerit, sed de alio casu loquitur, vt licet etiam videre apud Bar. in d. l. vl. colum. vl. versic. ex hoc concludo.

165 **Sed** contrarium voluit Alberi. in 2. parte statutorum, q. 2. ex prædictis oritur, in fin. vbi loquitur in statuto disponente, quod quis non possit alienare sine licentia superioris, vel alia certa solennitate. & Saly. in d. Authen. cassa. in pe. q. quæ est in col. vlti. versic. quæro modo de statuto, vbi nominatim loquens in statuto requirente consensum proximorum, dicit quod huiusmodi solennitas debet obseruari, etiam si fiat contractus cum clerico. & idem quoque in ecclesia voluit expressim Cardin.

Flor.in c.perpendimus.in 9.q.de senten.excom.vbi huius rei dicit rationem, quia ecclesia in hoc nullo iure speciali reperitur munita.& Rom.conf.166.visa diligenter, in 1.dubio, vbi mouetur, quia potest ciuitas statuere certam formam obseruandam in actu, per suum subditum celebrando, etiam cum ecclesia, per text.in c.1.§.donare.tit.de prohib.feud.alien.per Fed.vbi vassallus non potest alienare feudum, etiam pro anima, nisi obseruata solennitate requisita, scilicet consensu domini, ideoque expressim carpit Bal.in d.l.generali.Et rursum idem Ro.in repe.Authē.similiter.in 16.speciali piæ cause, inter contractus.C.ad leg.Falci.etiam per text.in d.§.donare.& in l.d.generali.quam retorquet contra Bal.& Alex.sibi contrarius, conf.93.visis & ponderatis, col.vlt.lib.2.& Barb.sibi etiam contrarius, conf.14.clementissimi Dei, col.4.verfi.& adduco, quod voluit, & multis seq.lib.2.& conf.65.referamus in medium, col.8.verfi.præterea accedit quod refert, lib.4.& Domi.Bonti. cui subscripsit Corne.inter confi.ipfius Corne.conf.64.consuluit, col.3.verfi.ad idem no.lib.3.& Philip.Deci.sibi quoq; contrarius in d.c.ecclesia.col.pen.de constit.

166 ¶ Pro quibus adduco rationem, nondum à quopiam, quem hæcenus viderim, ad hoc annotatam.Libertas est actus pietatis, l.1.ad fi.& ibi no.Bald.C.de com.ser.ma.& propterea libertas, & causa pia æquiparantur, vt voluerunt Bar.& Imo.in l.proximè.in fin.¶ de his quæ in testa.delen.idem Bar.in l.fi vnus.C.de testa.& in l.Titio vsusfructus.¶ vlt.¶ de condit.& demon.& Bald.in l.2.circa princ.C.de fideicom.liber.& in l.fi iure.C.de manu.testa.& Alex.in l.centurio.col.2.¶ de vulgar.& pupil.cum aliis multis concord.per me adductis infrà,tit.16.¶ 1.in glof.vlt.ad fi.Imò libertas est fauorabilior quauis alia causa pia, vt probauimus in repetit.l.fi vnquam.in verbo, donatione largitus, num.329.libertas autem.Tamen minor viginti annis non potest seruum manumittere nisi obseruatis certis solennitatibus:& si fecerit, non valebit manumissio, per tex.in §.eadem lege, vbi & hoc no.Ang.Aret.Instit.qui & ex qui.caus.manu.non poss.

167 ¶ Adde item, quod pulchrè voluit Inno.& Io.And.in c.in præsentia, ille, col.2.hic, col.3.vterque, in verbo, minor annis, extrà de probat.quòd licet minor 25.annis ingrediendo monasterium sine curatore, & decreto, bona sua in monasterium trāsferat, per text.ibi.tamen si aliàs alienaret, etiã in pijs causas, non valeret sine curatore, & decreto, ar.l.2.¶ voto.¶ de pollicit.Et illud dictum sequitur, & dicit bene notandum Panor.in d.c.in præsentia.in vlt.not.de quo per Maria.in d.tractat.oblationum, libello 9.in 5.querstio.

168 ¶ Sed & hanc sententiam confirmat, quod voluit Ant.in c.1.de sponfa.& Panorm.sibi contrarius in repetit.c.ecclesia sanctæ Mariæ.ad fin.de constit.& rursum in c.quod clericis.col.vlt.verfi.ego verò, de foro compet.quòd si statutum concernat solennitatem adhibendam tempore contractus, siue sit statutum laici, siue clerici: si laicus contractum faciat cum clerico sine huiusmodi solennitate, non valebit contractus.Nam subditus non potest contrahere, etiam cum non subdito, sprete lege sui superioris, imò peccat, si fecerit. c.2.de maio.& obedi.cum si. quæ allegat. Et sic haud dubiè ex parte laici nulla fuit contracta obligatio, cum lex resistat.l.cum lex.¶ de fideiuf.& quod not.in c.si diligenti.de foro compet.& in c.cùm contingat.de iureiur.Ideò etiam clericus, aut ecclesia ex sua parte nulliter contrahit, quia contractus non potest ex vna parte tantum subsistere: quin debet esse vtròq; obligatorius.l.Labeo.¶ de verbo.signif.Et ideo secundum hoc statutum iudicabitur inter clericum & laicum in vtroq; foro: quia si contractus non valet, non debet ex eius reddi, per no.per Cy.in l.2.C.quæ sit long.confuet.

169 ¶ Allegat etiam Panor.quod in simili voluit Fed.Senē.conf.85.statuto ciuitatis Perusina, quòd si statutum caueatur, quòd non valeat celsio facta nobili cõtra popularem: si ecclesia cesserit nobili contra popularem, non valet celsio: nec censetur tale statu

statutū contra libertatem ecclesie, quæ licet possit contrahere cum quocunq; debet tamen intelligi de non prohibito lege generali, vel particulari. ar.l.fi quando, in prin.C.de inoff.testa. Alioquin (inquit) dici posset, quòd ecclesia posset contrahere cum prodigo, cui bonis est interdictum, vel cum minore sine solennitate, & quòd leges & iura non haberent locum in contractibus ecclesie, qui esset error maximus.

170 ¶ Hæc fermè Fed. quæ etiam sequitur Domi.in c.vlt.col.vlt.de immu.eccle.lib.6.& Alex. qui dicit in hoc non inueniri contradicentem. d.conf.93.col.2.verfi.& puto quòd dictum statutum, lib.2.vbi per hoc cõsuluit, quòd potest statutum inhabilitare personis certas subiectas statuentibus ad recipiendum inuestituram, nisi seruata aliqua solennitate.& Io.Bap.S.Seuer.in repeti.l.cunctos populos, ad fin.C.de Sum.Tri.Sed & illud dictum Panor.sequuntur Barb.& Franc.Aret.in d.c.quod clericis. ille, col.26.hic, col.vlt.de for.compet.idem Barb.in multis confi.suprà alleg.Feli.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ, in 8.q.in 4.casu, vbi & multa similia collegit, omnibus illic exposita: & nouissimè Roch.Curt.in repe.c.vlt.in 11.q.princ.in 4.limitatione, extrà de confuet.Et facit item quod scribit Saly.in Authen.cassa.col.vlt.verfi. quæro modò de statutis.C.de sacf.eccl.quòd statutum, vt in alienatione rei immobilis minoris interueniat cõsensus alicuius cognati ipsius minoris, habet etiam locum, si minor contrahat cum clerico.

171 ¶ Facit in hanc partem, quod pleriq; voluerunt, quòd statutum laicorum disponens, quòd bona immobilia non possunt alienari in non subditos, comprehendat ecclesiam, & clericos, vt videlicet in eos non possint bona immobilia alienari. In qua sententia fuit Iac.Bu.in d.authen.cassa.C.de sacf.eccl.& in l.asiduis.C. qui poti.in pigno.habe.Signo.Homod.conf.22.viso statuto ciuitatis Mediolani, vbi hoc probat 15.rationibus. Bal.in repe.d.l.1.col.8.verfi.fed quid si statutum disponit, & ibi quoq; Saly.col.vlt.vt à multis citatur.C.de sacf.eccl.cum aliis multis concord.ibi à me latè adductis, in tract.Retractuū, tit.1.¶ 1.glo.13.in verbo, l'achapteur, num.5.& in simili, vt ibi videre poteris, ne hic repetam.

172 ¶ Sunt tamen plerique, qui contrarium in hoc quoque vltimo tenuerunt, videlicet Ioan.Andr.Petr.Ancar.Lap.Domi.& Philip.Fran.in d.c.vlt.de immuni.eccle.lib.6.Ioan.And.in c.statutum de hæreti.lib.6.Fede.Sepen.d.conf.86.col.pen.vbi & hoc dicit determinasse Oldra.in quadam disputat.Alberi.in 2.parte statutorum, quæ.2.ex prædictis, col.2.verfi.fed supposito, & seq.vsq; ad fin.vbi hanc rem latissimè omnino exequitur. Bart.in d.l.filiusfam.¶ Diui.col.3.verfi.secundum punctum, & ibi quoque ipse Alberi. Angel.Floria.Imo.Raph.Alex.& Ioan.Crotus in repet.¶ de legat.1.idem Bart.in l.vlt.col.vlt.verfi.ex hoc concludo. & ibi Bald.sibi contrarius, col.4.verfi.extrà dicit hic.C.de sacf.eccl.Idem Bart.in l.dudum.C.de contrah.empt.& in l.vlt.C.de exac.tribu.lib.10.Bald.in l.iubemus nullam, in 2.not.C.de sacf.eccl.f. Ange.conf.48, quidam Franciscus Imo.in d.c.ecclesia, col.penulti. de constit. Anto.in c.tua nuper, per illum text.de deci.Panorm.in c.à nobis.le.1.in 3.not.etiam per illum text.de senten.excom.& in c.relatum.le.1.de resta.& conf.26.casus, quidam officialis, col.2.verfi.4.adduco, lib.1.& conf.63.videtur primò, col.1.lib.1.Raph.Co.conf.84.præsupposito casu, in fi.Petr.Anc.in repe.c.1.in 3.querst. princ.verficu.dicit etiam Bald.de constit.Paul.Castr.conf.89, posset quis dicere, in prin.lib.2.Cardi.Flor.sibi contrarius, conf.66.in dubio præmissio, & iterū cõf.144.super themate, col.1.Io.Plat.in l.1.colum.1.verfi.& per hanc.C.non lice.habi.lib.11.Philip.Franc.in materia petitorij in 4.eodèmq; vlt.dubio, col.vlt.Firmia.in tractat.de Episcopo, in 4.parte, lib.4.in 45.querst.verfi.quæro etiã an prohibitus, vbi & ita dicit se consuluisse.Soc.conf.14.capio primùm, post prin.lib.4.Fab.à Monte S.Sab.in tracta.emptio.& vendit.in 21.querstio.3.partis princ.Feli.in d.c.quæ in ecclesiarum, in 9.querst.de constit.Fran.Ripa.lib.respon.1.c.2.clerici propria prædia, in 1.dubio.

De iisdem rebus.

Statut. laicorū, ne bona alienentur in extraneos, comprehendit ecclesiam & clericos.

Qui tenet contrarium.

173 **¶** Ex quibus clarè liquet, hanc rem esse admodum dubiam. Ego tamen, quantum ad consuetudinem nostram attinet, haud dubiè existimo, mulierem non posse sine consensu mariti donare inter viuos, aut aliàs contrahere in fauorem piæ causæ, aut ecclesiæ. Nam de vltima voluntate alibi iam satis suprâ diximus. Et vt sic dicam, me mouent vltra allegata per Doc. in d. locis, duo potissimum nostras consuetudines peculiariter tangentiâ, primùm, quia hæ nostræ consuetudines sunt mixtæ clericorum, & laicorum, vt quæ fuerunt communi omnium consensu, & consilio, & in ductæ, & reformata, vt est palàm omnibus, & testimonio perpetuo est, delegatorum in eam rem à Principe renuntiatio, id est, (vt vulgè loquimur) processus verbalis. Ideòq; & inter laicos, & inter clericos, & in causis ecclesiasticis debent obseruari, vt voluit Bal. in c. cum venissent. col. 3. vers. oppo. dicitur hic, per tex. ibi, quem ad hoc dicit not. & ibi Panor. in 2. nota. ext. de eo qui mit. in poss. cum aliis multis, quos latè congestimus in nostro tractatu Retractuum, ritu. 1. §. 1. glof. 13. in verbo, *Pachapteur*. num. 2. sed hic quæstionis.

174 **¶** Alterum, quo maximè mouemur, id est, quia fauore mariti (vt suprâ sæpiùs diximus) mulier per nostram consuetudinè prohibetur contrahere, sine cōsensu illius. At vbicunq; lex, aut statutum prohibet aliquem testari, aut contrahere fauore alterius, nunquam censetur talis prohibitio remissa, fauore piæ causæ, vt dicit Bar. in l. 1. C. de sacro. eccles. quem sequitur Panormit. consi. 63. videtur primò dictum legatum, col. 3. vers. quartò adduco, lib. 1. vbi hoc dicit apertè probari in c. licet. §. vltim. de sepul. lib. 6.

175 **¶** DECIMONONO' quæro, Quid si mulier cum fisco, aut principe contraxit, sine autoritate mariti, an valeat contractus? videtur quòd sic, per id quod voluit Iac. Aret. in l. si mercedem. §. si habitatoribus. D. de acti. empt. quòd stante statuto, quòd filiosfam. non possit obligari, poterit tamen obligari fisco, & sequitur Angel. Aret. inter consi. Soci. in quadam subscriptione ipsius, quæ adiciitur, consi. 302. cuius hoc caput, videbatur primo aspectu, superscriptio autem ita incipit, diligenter thema propositum, col. 3. vers. secundò responderetur, lib. 2. Et confirmari potest, quoniam Princeps non subest statutis, & legibus subditorum, ex sententia Cardin. consi. 2. circa statutum, cum concord. à me traditis, in tracta. Retractuum, tract. 1. §. 13. in verbo, *Pachapteur*, num. 38. postremò illud. Ac ne suis quidem l. princeps. D. de legib. & lex imperfecto. D. de leg. 3. cum si.

176 **¶** Contrarium tamen videtur in hoc casu, quoniam hic agitur de iure alterius, videlicet mariti, quòd Princeps ipse sine causa tollere non potest, per no. in l. quories. C. de preci. Impe. offe. & in l. vt. C. si contra ius. cum si. Et licet hoc ius sit ex statuto, aut consuetudine introductu, non potest tamen negari, quin sit Iurisdictioni, postquam iam est quæsitu, per not. in l. hoc iure. D. de Iure nat. gen. & ciuili. Præterea huiusmodi cōsuetudo fundatur ratione naturali, & diuina. Nam vt suprâ in prin. huius operis plenè ostendimus, mulier est in potestate viri, Iure diuino, & naturali, ideòq; congruum est, vt nō possit sine viri ipsius autoritate quicquam agere, quod sibi noxium est. At consuetudo, siue statutum, quod ratione naturali nititur, ligat Principem, vt voluit Bal. in c. 1. §. vl. col. 1. tit. qui feud. dar. poss. cum concord. etiam à me congestis, tit. nostrarum Consuetudinum 4. §. 1. in glof. §. & in d. tract. Retractuum, vbi suprâ, nu. 39. quod tamen intelligendū. Igitur cogita, quid sit dicendum.

177 **¶** VIGESIMO' quæro, an consensus à marito præstitus, in contractu vxoris sit immediata causa transferendi dominium. Bal. in l. mater tua. in fi. C. de rei vend. loquens in statuto requirente consensum propinquorum, in contractu mulierum, dicit quòd non: quia non possunt propinqui ipsi transferre dominium: sed est (inquit) causa habilitandi personam transferentem, & nihil aliud operatur iste consensus, per illam l. in prin. Et hoc sequitur Franc. Aret. in l. qui in potestate. col. 3. D. de testa. & Albert.

Albert. Brun. in tract. de constit. decret. stat. & consuet. in verbo, *consensus*, col. 9. vers. consensus propinquorum per statutum. & iterum in verbo, *contrahere*, col. 2. vers. statutum dicit, quòd mulieres. Cuius autem effectus sit hoc, facile cognoscitur ex notatis in ea ipsa l. mater tua. Porro illud planum est, consensum domini qui rem suam transferre, esse causam immediatam translationis dominij, vt videre licet apud Bald. in l. 1. col. 2. vers. sic. & facit ad quæstionem, & ibi quoque Alexand. col. 3. vers. ex hac tamen glo. D. sol. matr. Ex quibus etiam intelliges, quis sit eius rei effectus.

178 **¶** VIGESIMOPRIMO' quæro, Mulier sine cōsensu mariti vendit, aut donat domum Titij, consentiente ipso Titio: demum mulier ipsa succedit Titio, dicitque non valuisse venditionem, aut donationem, quam fecit sine consensu mariti, ex huiusmodi consuetudine: quid iuris? Bald. in l. vlti. in fi. C. de pact. loquens in statuto disponente, vt non possit minor promittere, sine aliqua solennitate, dicit, quòd si minor quispiam promittit aliquid ex bonis Titij, cui ipse postea succedat, non potest ipse minor, huiusmodi promissionem infringere per illud statutum. Nam ista promissio, non tantum robur accipit ex promissione minoris, sed ex consensu maioris, ex quo principaliter dependet: statutum enim est productum propter minoris imbecillitatem: sed hic iure communi vitur obsequendo voluntati maioris: ideò nullo pacto læditur. ar. l. quidam cum filium. D. de hæred. inst. & l. non videtur. D. de in integ. restit. min. Et hanc Bald. decisionem sequitur Iason in d. l. vlti. col. 4. in 7. no. per illum text. vbi prohibitus disponere de re alicuius, potest eo consentiente disponere, sequitur etiam Alexander (cuius Iason non meminit) consi. 215. ponderatis, narratis in themate, col. 1. lib. 6.

179 **¶** VIGESIMOSECVNDO' quæro, Quid si maritus bene consentit vxori contrahenti, non tamen intelligit quid vxor contrahit: quia fortè simulat vendere, dum donat, aut aliter tegit, quod facit, an valeat cōtractus? Dic breuiter, quòd non, tanquam factus sine consensu mariti. Neque enim consentit quis rei, quam ignorat, ar. l. mater decedens. D. de inoff. testa. & l. nec ignorans. C. de donat. cum si. Quem admodum nec quis dicitur prestare præsentiam, nisi intelligat quid agitur. l. diem proferre. §. coram. D. de arbit. & l. coram. D. de verb. signi. & l. hæredes palam. §. in testamentis. in verbo, certiorantur. D. de testa. & optimus tex. loquens de tutore, in l. non multum. D. de autorit. tut. vbi ita scribitur: Non multum interest an abfuerit tutor, cum negotium contraheretur: an præsens ignorauerit, quale esset quod contraheretur. Et tantum abest, vt actus, qui solo consensu perficitur, possit fieri per ignorantem, vt nec per dubitantem quidem possit. l. si is ad quem. & l. hæres institutus. cum ll. seq. D. de acquir. hære. iuncta l. pro hærede. in prin. & l. gerit. D. eo. tit. & l. si auia. C. de iure delib. Nihil enim interest, ignores, an dubites. l. vlti. §. si nautem nescius & dubitans. & ibi Bart. qui dicit singu. & Ange. C. de furt. cum aliis multis à me collectis in repetit. l. si vnquam. in præfatione, numero 98. secundum modo. C. de reuoc. donati.

180 **¶** Et propterea Bald. in rubrica C. qui admit. col. 2. vers. & ideo de facto, dicit, quòd si partes simulat vendere, cum tamen donationem celebrant, licet iudex interponat decretum, non propterea dicitur donatio insinuata, quia non erat notum iudici, quòd intenderant donationem conficere. Apertè ergo (vt subdit) & intelligibiliter natura negotij exponenda est, & declaranda iudici, per l. vlti. C. de edict. Diui Adri. tol. Aliàs non intelligitur factum in præsentia ipsius. Et idem est (inquit) si in aliquo actu requiratur præsentia propinquorum, vel amicorum: nam debet actum clarè intelligere: aliàs si esset simulatus, non dicuntur fuisse præsentès, vt voluit gl. quam ipse dicit sing. in l. seruus. §. tutor. (aliàs ille. §. pro l. allegatur) ibi, amicis & iudice scientibus. D. de bon. poss. Et illam Baldi decis. sequuntur recentiores in d. rubrica, & inter ceteros longè latèque Barb. in repet. eius rubri. in 1. quæstio. ipsius

Vxor, que vendit rem alterius consentientis, cui postea succedit, an possit hanc venditionem impugnare.

Quid, si uir consentiens non intelligit quid uxor contrahit.

De eadem re. Donatio nō dicitur insinuata, nisi iudex apertè intelligat.